sequi fructum sui laboris.quoniam certanti,speran
da est corona:⁊ nullum malum impunitum ⁊ nullũ
bonum irremuneratum.Et vulgo dicitur.Dat ga-
lienus opes:dat sanctio Iustiniani.Ex alijs paleas:
ex illis collige grana.Cum leges neminem in pauper
tate viuere:neq; in anxietate mori permittant:vt di
cit textus in authentica de here.et fal.§.finali in fin.
¶ Nota ibi:toto opere perfecto.quod nihil dicitur
esse perfectum,cum aliquid superest agendum:vt.l.
2 cum filleianum.C.de his quibus vt indig.¶ † Not.
etiam.ꝙ nisi omnes libros legerit,⁊ perfecte studue-
rit:non debet consequi premium.⁊ sic qui incipit in
principio iuuentutis viriliter studere:et qui perfece-
rit vsq; in finem:et sustinuerit pondus diei et estus:
hic erit perfectus.nam dictio,per:significat perfectio
nem rei.l.vrbana.§.pernoctare.ff.de verborum signi-
3 ficatio.¶ † Nota ibi,rem publicam vobis gubernan-
dam.ꝙ iureperitis ⁊ non alijs,est respub.committen
da gubernari.vnde abutuntur illi qui ponunt regimi
na ciuitatum in manibus mechanicorum:vel medi-
corum.vt hoc videtur attestari Imperator a contra-
rio sensu.quia si viri sunt periti,mandat ⁊ pollicetur
committi:ergo alijs videtur negare vt.l.cum pretor.
in principio.ff.de iudic.et merito:quia imperitiam iu
ris,et sic regiminis habent:igitur ⁊c.

b *De Iustitia & Iure*[b] *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Ius,& scientia iuris differunt.
2 Ius non assumit sibi naturam pro materia,

¶ Circa istam rubricam.Ad intelligentiam huius
tituli,⁊ totius iuris ciuilis(ne illotis manibus acceda
mus)iuxta monitionem nobis factam per iuriscon-
sultum in.l.j.ff.de orig.iuris.Et vt habeamus ali-
quam notitiam iuris,⁊ eius materie:ponam verba
Azo.in proemio sue summe.que verba Gul.de cuñ.
⁊ postea Bald.in rubri.ff.eodem.declarauerunt.nam
cum dixit Azo quod ius nostrum consistit ex triplici
materia.videlicet generali:communi,⁊ propria.intel
lexit generalem materiam,idest primam materiam.
⁊ hec prima materia,est triplex.scilicet materia intrin
seca,⁊ rationalis:vt ius,⁊ iustitia.⁊ extrinseca,⁊ occa-
sionalis:vt contumacia,idest dolus,⁊ culpa.Item in
differens materia:idest hominum negotia,que ambo
disponuntur,non quia bona ⁊ mala:sed eo quia sic vo
lita.vt contractus ⁊ similia.Et est sciendum secundũ
Baldum ibi:quod ius ⁊ iustitia,de materia dispo-
nentes,de cuius virtute extrinseca ⁊ forma latenti in
seipsa:egreditur forma patens,formale iuris nostri
preceptum,pertinet ad virtutem legis,que est impe-
rare:sed negotia sunt materia disposita:⁊ pertinent
ad virtutem legis permissiuam,⁊ forme taxatiuam,
siue prefixam:sed duo vltima pertinent ad materiam
postremam,⁊ ad vitutes illas.que sunt vetare,⁊ pu
nire.vnde talis materia est passiua simpliciter:⁊ de
eius materia non egreditur forma idest lex formata.
sed nascitur lex:ex contraria causa legis,ex bono et
equo:a sic est reperire triplicem diuisionem huius
membri:videlicet materiam generalem approbatam
⁊ reprobatam neutram,inspecta simplicitate natura
li ipsius materie.¶ Concluditur ergo ex predictis
⁊ bonum ⁊ malum,voluntas hominum idest quod
dam neutrum,sunt materia generalis scientie huius.
nam si non esset ius ⁊ iustitia,de medio non tolleren-
tur vitia,Item si non essent actus hominum,scientia
nostra nõ esset.facit extra in proemio decre.capitulo
rex pacificus,⁊ si non esset lignũ scientie boni ⁊ ma
li:scientia nostra non esset quoniam propter trans-
gressores facta est lex.¶ Et nota quod Azo intel
lexit pro communi materia:materiam,non ita in nu
be dictam.sicut dicitur materia generalis idest rudẽ
equitatem in se approbatam.⁊ illud quod pro lege
seruatur,equitas assumpta ex puris naturalibus,cui
artificium iunctum non est nõ mutando.vt.C.detesta.
lege hac consultissima,§.ex imperfecto.⁊.C.de confir.
tuto.le.finali.C.de furtis.l.finali.Ius approbatum,
dicitur ius sub ratione boni publici statutum:etiam b
abstracti.idest remoti ab equitate naturali.lege pri-
ma.ff.de vsucap.⁊ quod pro lege seruatur,est contra-
ctus:⁊ testamentum.vt in authenti.de nup.§.dispo-
nat.C.de pac.l.legem.Item est consuetudo vbi deficit
lex.nam scientia nostra idest lex nostra,ex duobus cõ
stat:scilicet ex iure scripto,⁊ non scripto.vt infra.de
iure natu.§.ex non scripto.Et de his tractat commu
1 niter sciẽtia nostra.¶ † Et nota quod aliud est ius:
aliud scientia iuris.nam ius dicit essentiam legis:sed
scientia,denotat habitum hominis:⁊ refertur ad in-
tellectum nostrum:qui plerumq; est tanq̃ oculus no
ctue,ad lucem diei.secundo.Metaphysice.Ars ergo
nostra est de predictis manifesta sanctio,vel doctrina,
seu disciplina.ff.de excu.tut.lege sed reprobari.Ali-
qui tamen intellexerunt,quod materia ipsa,est ius
enucleatum:quod in tribus compilationibus est situa
tum.nam ista est materia purgata,⁊ digesta.vnde si-
cut cibus digestus immediate est cã materialis nutri
tionis:sic iura purgata,sunt immediate materia ex
qua hec scientia dicitur:vt hic secũdum Azonem.⁊
no.ꝙ Azo aliter assumpsit ius in materia generali,
q̃ in materia cõi.nã in materia gñali,accipit ius.i.ho
minis meritum:cui contradictorie opponitur homi-
nis demeritũ,idest error:⁊ contumacia.vt.ff.eodem
titulo.lege iustitia.sed in materia communi,assum
psit ius,put est iustitia pura:adiuncto legũ latorum
ministerio,⁊ artificio,⁊ statutis.prout assumitur.ff.
eo.l.j.§.nam vt elegãter.¶ Nota ergo ꝙ vna forma
specialis,potest esse ex triplici materia subordinata:
sicut panis est ex farina,frumẽto,⁊ pasta.materie ve
ro discrepantes,non possunt accipere,vnã formã in
diuidualẽ.¶ Itẽ nota ꝙ vna forma potest esse ma-
teria

a ¶ Summa.Hic
incipit nona ps et
vltima:in qua con
cludit Iustinia-
nus,⁊ loquit iuue
nib⁹,seu rudibus,
dicẽs.O iuuenes
accipite hunc li-
brũ istitut.alacri
ter:⁊ viriliter Ieo
studete:⁊ post q̃
ipm studueritis,
⁊ i ipo,⁊ i alijs li-
bris legalib⁹,seu
alios libros lega-
liũ scieritis:vos
eritis gubernato-
res reipublice,et
nostrarum ciuita
tũ,seu puinciarũ:
ppter sapientiã ⁊
doctrinã vestram.
q: citius viri peri
ti,⁊ docti eligunt
in rẽpublicã regẽ
dã,q̃ laici et.h.d.
tota vita constitu-
tio.Extra casum
no.pimo.ꝙ i pnci
pe duo debent eẽ
tpa.s.tps legũ.et
tps armorũ.scdo
no.ꝙ aliqd dr de-
corari armis,⁊ ar
mari legib⁹.Ter-
tio no,ꝙ illud qđ
dr i prio no,s.ꝙ i
principe sunt duo
tpa.s.tps legũ,et
tps armorũ.itelli-
gas tps legũ.i.pa
cis:⁊ armorũ.i.bel
li.Quarto no.ꝙ
q̃tuor sũt pportio
nabilia i gl.Quin
to no.ꝙ scm̃ est
punire malefacto
res,seu maleficia.
Sexto not.ꝙ vi-
gilia ptinet ad le-
ges:⁊ puidẽtia ad
arma,Septimo
not.de ordine li-
bror iuris:q: pri
mo fuit factus.C.
pmus,ex antiqs
trib⁹.C.⁊ ex alijs
extrauagantibus
constõib⁹.Scđo
fuerũt cõpilata ⁊
cõposita.ff.ex an-
tiqs voluminib⁹
desperatis.Ter-
tio,fuertũ ꝯstitu-
tiões cõposite.⁊ h
i.§.oẽs vo.i.§.cũ-
q; hoc.⁊ post hec
oĩa,factus fuit.C.
nou⁹ liber,et vlti
mus authẽticor.
Octauo no.instit.
seu instituta fuis-
se cõposita occa-
sione rudiũ,⁊ iuue
nũ.Nono not.qđ
scholares,a princi
pe habent princi-
pium ⁊ finẽ studij.
principiũ habent:
q: prio anno stu-
dẽt Institutiones
quas ꝯpositas ab
ĩpetratore habẽt.
Finẽ studij a prin
cipe.q: vltimo an
no studẽt.C.quem
C.ipse princeps
Iustinian⁹ compi
lauit ex tribus an
tiqs.C.s.Hermo.
Theo.⁊ Greg.⁊
etiaz cõpilauit ex
antiqs const.extra
uagantibus.Not.
decimo.ꝙ diuisa
⁊ distincta melius
intelligunt,q̃ res
non diuisa.Nota
vndecimo.q: iste li
ber appellat insti
tutionũ,seu elemẽ
torũ.Not.duodeci
mo.quod tm̃ valẽt
leges instit.q̃tũ le
ges valent alteri⁹
libri legalis.Not.
tredecimo.posse ⁊
debere ad regimẽ
prouinciarum ⁊ ci
uitatum eligi peri
tos,sapiẽtes,⁊ do
ctores citius q̃ lai
cos.mlta alia pos
sent notari circa
has constitutio-
nes.s; p pñti vo
bis sufficiat.h.d.
Accursius.
¶ De iustitia ⁊ iu
re.Circa hanc
rubricam,q̃tuor
sunt vidẽda.Pri
mo est cõtinuãda
rubrica.⁊ hoc mõ
imperator Iusti-
nianus volens ĩci-
pere librum instit.
incipit tractare de
iustitia ⁊ iure:cum
iustitia inter alias
virtutes obtineat
principatum ꝙ cũ
ius sit ipsius iusti-
tie filius:agit post
iustitiam.Scđo di
uidit rubricam in
duas partes.De
pria tractat ibi in
prin.ő scđa.j.vsq;
ad titulũ sequentẽ.
Tertio vo expoĩt
rubricã sed h mõ
subaudi videamus
de iustitia ⁊ iu.q̃r-
to formabit circa
hãc rubricã duasq̃
stiones.Pria est.
q̃ est dr̃ia iter iusti
tiã,⁊ ius.⁊ hãc sol
ue vt i gl.rub.iposi
ta.§.j.q̃ gl.incipit.

ꝑt recte ⁊c. Secũda questio, que ẽ, Cũ in rubri. dicatur de iure, in tex. nihil dicatur diffiniendo, sed diuidẽdo sic, vt in. §. iuris precepta. et hãc questionẽ solue, trib⁹ modis. vt hic in scõa gl. rubrice.

a ¶ Iustitia. totũ istum ti. diuide in quinq; partes ꝑncipales. In ꝑma parte solũ dicit̃ õ prima pte rubr. s. de iustitia. et ipsa ꝑma pte diffinit̃ iustitia, ⁊ est sciendũ ꝙ ꝑma pars in qua diffinit̃ iustitia, simpliciter põt intelligi, vno mõ, vt loquit̃ de iustitia diuina: alio: vt loquitur õ hũana iustitia: si vis intelligere de diuina iustitia.

¶ Deus qui est iust⁹, habet volũtatem constantẽ. i. firmã, stabilẽ, et perpetuã, nõ temporalẽ, sed semꝑ duraturã, tribuendi vnicuique ius suum. s. bene meritis paradisũ: male meritis ĩfernũ. Si aũt vis intelligere scõo mõ, scz de humana iustitia? Sic pone casum: hõ iustus hz (.i. habere debet) volũtatẽ tribuendi vnicuiq; ius suũ. Et pone exẽplũ in iudice iusto, q debet habere volũtatẽ absoluẽdi innoxios ⁊ inculpabiles: et puniẽdi criminosos. Et ẽm hãc secundã expositionẽ, illa duo vocabula posita ĩ diffinitiõe iustitie. s. cõstans ⁊ perpetua: sunt abijcienda, et remouenda ab ipsa diffinitione: q: iudex, qui ẽ hõ human⁹, nõ ẽ cõstans in voluntate, nec ꝑpetu⁹. In scõa parte incipit tractare õ secũda parte rubrice. õ iure: ĩ qua secũda parte sic forma casum. Ego qsiui a Iustiniano Imperatore: dñe: rñdeatis mihi ad hãc questionem: nos dic̃im⁹ quotidie ꝙ bonũ est habere iuris prudentiã. dicite ergo mihi, qd est iuris prudentia? vel qs dicatur habere iuris prudẽtiã. ⁊ certe ĩperator respondet, dicẽs: ꝙ ille dr habere iuris prudẽtiã, q põt cognoscere res diuinas, et hũanas, et que cognoscit iustũ, ⁊ iniustũ. Tertio dicit ex quo vidim⁹ ĩ prima parte qd est iustitia, et ex q̊ vidimus in secundo qd ẽ iuris prudentia: etiã videamus quał̃r leges sunt adiscende: hõ mõ: q: scholares qui volũt audire iura ciuilia, ꝑmo debẽt ĩcipere a leuib⁹. s. ab hoc li. Insti. postea debẽt ascendere ad grauiora, scz ad librũ ffoꝝ. ⁊ codicis: ⁊ reddit̃ rõ q̊re sit incipiẽdũ a leuibus: q: si incipiant a grauioribus, s. a li. ff. et C. vnũ õ duob⁹ male accidet, seu eueniet: q: aut rudis ꝑpter nimiã difficultatẽ deseret, seu õrelinq̃t prorsus studiũ: aut si nõ deserat: hoc ẽ si ꝑpter nimiam difficultatem nõ dimittat studiuz: tñ magno labore: ⁊ etiã cũ diffidentia, q: non habebit spẽ, nec fiduciã, ꝙ vnq̃ aliqd sciat, seu ꝑueniat ad fructũ sciẽtie: ad cui⁹ fructum citius ꝑuenisset: si a leuiorib⁹ studiũ suum inchoasset.

teria alteri⁹. vnde forma ligni, est materia capse. ⁊ forma substantialis, siue originalis materie iũcta, est, sicut materia, forma secũde forme accidẽtalis, q: materia est alicuius forme susceptiuũ. ⁊ ideo saluatur dominus Azo. ꝙ nõ dixit, ꝙ ius approbatũ sit materia iuris cũ approbatio dicat̃ forma, que ex cõfirmatione siue cõclusione, siue fine cõsistit: vt. ff. ad. l. falcidiã l. si is qui quadring. §. quedã. Et certum est, qõ forma nõ est propriũ subiecti materia, q: hoc implicaret cõtradictionẽ, sed dixit, ꝙ ius cõprobatũ, est materia artis nostre, ⁊ causa essendi. Et est aduertendũ. q: s̃. dixi ꝙ id qõ in se est forma, potest in alio esse materia, ⁊ cõsyderari vt materia: pura vt. ff. de leg. iij. l. q̃situ. §. illud fortasse. ¶ Et not. ꝙ in omni arte, ⁊ in omni disciplina. duo sunt principalia. scilicet natura ⁊ voluntas. Natura enim regitur regula celesti: vt. l. j. §. naturale. ff. eo. Voluntas autem libera est, tamen lex eam temperat, vt non declinet ad prauũ. Et sic liberũ arbitrium limitatur ad bonũ, ⁊ equum. Cum enim omnia fecerit deus ad bonũ finẽ, ⁊ liberum arbitrium ⁊ optimum finẽ dederit. Siquidẽ seruet cõstitutionis finẽ bene est, alius punit̃, vel infringitur. Itẽ in sinu rationis constringitur: vt. C. de custodia reo. l. si quis in ea.

2 ¶ † Et not. ꝙ omnis ars assumit sibi naturã pro materia: sicut lanificus lanã. Sic legista, assumit sibi pro materia, facta hominũ. Facta enim suam materiã habent: ⁊ ibi, interpretatur. Et sic ius nostrũ est fundatũ super accidentibus. i. sup casibus emergentibus: ex quibus oritur bonũ ⁊ equũ. ⁊ ex illo bono ⁊ equo, orit̃ ius scriptum: nam iura ex factis nata sunt: vt. ff. ad. l. Aquil. si ex plagijs. §. in cliuo. Itẽ bonũ ⁊ equũ reperiũtur ex factis hominũ. i. ĩ factis materie generalis: vt in educatione liberorũ: ⁊ ideo bonum ⁊ equum: vel iustitia ⁊ ius ei coherens. i. virtus. ac vigor iustitie in seipsa: est generalis materia huius artis. ⁊ ita Bald. intellexit Azonem. Communis vero materia nõ versatur in factis nature: sed in factis hominis: ⁊ in bono ⁊ equo qõ oritur inde. Et sic quicquid est de materia communi, est de materia generali: sed nõ conuertitur. Sed proprie materia versatur in factis legũ, ⁊ decisionibus legum. que sunt proprie materia artis: idest sciẽtie nostre: tam speculatiue, quam practice. Et sic intelligendo secundũ Bal. seruatur opinio Azo. licet alij aliter dicant. De quo dicendum est vt plene ꝑ Bald. in rubri. ff. eo. ¶ In glo. huius rubrice. ibi, mater iuris. dic vt. l. j. in princi. ⁊ quod ibi not. glo. ⁊ doct. ff. eo. tit. ⁊ in authẽtico, vt omnes obediãt iudici. in princi. ibi, que iura nobis. ¶ In gl. in verbo iure. ibi: de delicto. dic: hec gloss. facit ad id quod dixi supra in rubri. proe. Et facit qõ no. gl. in authen. de incestis nuptijs. in princip. Et pro ista gloss. facit quia sic videmus in nuptijs, que non diffiniuntur. ĩ. tit. de nupt. sed suffiniuntur. ĩ. titu. de patria po. sic rubrica aliquando est generalior ipso textu. Angelus.

SVMMARIVM.

1 Compromissum si est in Titium de iustitia, & iure & veritate, quid potest facere arbiter?



a Vstitia. ^a Totus iste titulus diuiditur in quinq; partes principales. Primo ponit diffinitionẽ iustitie. Secũdo diffinitionẽ iuris prudẽtie. Tertio qualiter debeat adipisci legalis sciẽtia. Quarto ponit precepta iuris. Ultimo diuisionẽ, seu diffinitionẽ iuris. secũda ibi: iuris prudẽtia. tertia ibi: his itaq;. quarta ibi iuris ꝑcepta. quinta ibi: huius studij. ¶ Verũ q: ponitur hic diffinitio iustitie, nõ propriũ capit summariũ. ¶ In tex. vbi voluntas: idest intẽtio qõ dic qõ ista iustitia, est actus natus ad reddendũ omnibus suum. ¶ In gloss. j. in primo seculo, dic ideo est: quia ecclesia nunquã claudit gremium ad eam redeunti. vt in epistola: inter claras. in fi. C. de sum. tri. ⁊ fide ca. Sed tu dic, ꝙ non est verosimile, ꝙ Imperator voluit hic diffiniri iustitiam diuinam. ¶ In eadem glo. ibi: vel dic scõo ꝙ de fragili dicit hec vera. ¶ In eadẽ gloss. ibi: abutuntur. dic tu ẽm Ioã. fab. ⁊ Bal. in. l. iustitia ff. e. ⁊ Jo. de platea hic: ꝙ (vt dixi) loquit̃ de iustitia ꝑut est in hoĩe: ⁊ illa verba cõstans ⁊ ꝑpetua. intelliguntur de constantia, ⁊ perpetuitate: q̃ possunt cadere in hoĩe: ⁊ ideo illa verba, cõstãs ⁊ ꝑpetua. ponunt̃ a parte subiecti: nõ aũt a parte predicati: vt dicat̃ sic. Iustitia q̃ est cõstãs ⁊ ꝑpetua volũtas: ius suum vnicuiq; tribuẽs. Pro hoc facit. l. si vẽditor. ff. õ edil. edi. ⁊ in aut̃. qño oporteat epi. §. ordinandus. Et ꝙ sequitur. vnicuiq; tribuẽs. intellige, ꝙ distribuit pro generibus singulorum, nõ pro singulis generum: hoc est generaliter tribuit ius vnicuiq;. s. deo, sibi, ⁊ proximo. nõ autẽ singulis hominib⁹ toti⁹ mũdi particulariter ẽm Iac. de are. ¶ In ea. glo. in prin. col. v. vcz. Iustitia est virtus precipua, aliarũ dña: per quã reguntur omnia: ⁊ sine qua factum est nihil. vel dic ẽm Dyn. ⁊ Bald. in. d. l. iustitia. ff. e. ꝙ hic diffinit̃ iustitia, prout est virtus in se: non autem prout est in homine. nam ipsa iustitia in se (vbicũq; sit) est constans, perpetua, ⁊ immortalis sapientia. ⁊c. ⁊ hoc ẽm Bald. ibi, prout est in dñio subiectũ. i. in animo virorum cõstãtium: et ꝑfectorũ. talis enim habitus nõ moritur, sicut anima est immortalis atq; ꝑpetua. ¶ Ex quo sequit̃ (prout dixi) ꝙ iste text. loquitur etiam in iustitia creature. nã anima, est quid diuinum et immortale.

1 ¶ † Et illud inducit Bald. ibi ad questionem: compromissum est in Titium de iustitia, ⁊ iure, et veritate, quid põt facere arbiter? Cõcludit ibi Bald. ꝙ propter dicta verba generalia: non videtur esse a iure recessum. arg. l. si qñ. C. de inoffi. testa. ⁊ ideo talis arbiter debet seruare ius commune, ⁊ municipale. cum eñ pactum sit seruandũ. ergo ⁊ statutũ: ⁊ cõsuetudo, cum habeãt instar conuentionis: vt. ff. de pact. l. non est impossibile. dic vt ibi latius per eum.

SVMMARIVM.

1 Iustitia, an sit summum bonum?

Iuris prudentia. Hic scribitur quid sit iuris prudentia. ¶ Not. ꝙ prudentia iuris, nõ tantum habet notitiã humanarum rerum, sed etiã diuinarũ. ¶ Not. ꝙ iuris prudentia: est sciẽtia iusti atq; iniusti. ita ꝙ cognoscere id quod est iustum, ⁊ id qõ est iniustum: est scientia iuris ciuilis. ¶ In gloss. prima ibi. virtutis executiuum: hoc non puto verum: quia imo magistratus est ille qui exequitur ius: vt. l. ij. §. post originem. ff. de orig. iur. ⁊ iuris prudentia: est scientia illius iuris, possumus tamen dicere: ꝙ ius redactũ in corpore iuris, sit demonstratiuum iustitie.

1 ¶ † In eadem gloss. ibi est summum bonum. quidam conantur reprehendere gl. hoc modo: videlicet ꝙ iustitia nõ est summum bonum, sed felicitas. que felicitas est ex congregatione omnium bonorũ status perfecti, sed quatuor sunt bona. s. iustitia, prudentia, temperantia, et fortitudo. sed felicitas habet omnia ista. vnde ipsa est summum bonum: ⁊ non iustitia. sed qõ est summum bonũ: non habet supra se maius bonum ⁊c. ergo glo. falsa. Item ex alio. nã iuris prudẽtia, est sciẽtia iuris nostri. Ius vero est leges quas habemus. sed maius bonum est habere scientiam: q̃ habere totum corpus iuris in arca. ⁊ ita manifestum est: ꝙ iuris prudentia est maius bonum: q̃ ius. igit̃ ⁊c. Sed potest saluari glo. ẽm Iaco. de Are. ad qõ sciendum est: ꝙ summum bonum, ⁊ infinitum, potest sumi equiuoce. vno modo: vt sumatur ipsum ius penes bonitatem. Alio modo vt sumatur penes prioritatem ⁊ posterioritatem: ⁊ sic penes ordinem. Primo modo sumẽdo recte reprobatur gl. Secundo modo saluatur: ⁊ ẽm hunc modũ debet intelligi. Nam iustitia est primo in ordine: ius secũdo. iuris prudentia tertio. Sicut abstractũ est ante cõcretum. ius est prius, q̃ iuris prudentia. sicut scibile est ante scientiam. igitur ista se habent in plus: ⁊ minus. ẽm ordinẽ ꝑoritatis ⁊ posterioritatis. Et sic iustitia ẽ summũ bonũ, ius medium: iuris prudentia infimum, id est vltimũ. Quod probat̃: quia prima pars rei, dicitur summa, siue summitas: ⁊ vltima pars rei, dicitur infimitas: ⁊ sic gloss. nostra remanet vera, ẽm Iacob. de Are. Vel posset dici, ꝙ etiam respiciẽdo maius et min⁹ in bonitate. gl. bene dicat, ꝙ iustitia participat

cũ omnibꝰ ꝑdictis virtutibꝰ:vt in aut.vt om.obe.iu-
di.prouin.in prin.ergo vbi eſt iuſtitia,eſt felicitas:q̃r
habet ſtatum ex cõgregatione omniũ ꝑdictarũ virtu
tum:cũ quibus iuſtitia participat:iuſtus ergo eſt fe-
lix:quia prudens:temperatus ⁊ fortis.ſm Cyn.

SVMMARIVM.

1 Scientia debet prius tradi de facilibus,poſteà de diffici libus.
2 Via plana qui poteſt vti,per aliam ire non debet.
3 Dominus ſi promittat tenere viam,vel ſtratam ſecurã,& aliquis iuerit per viam inuſitatam,& fuerit ſpoliatus,an teneatur dominus.
4 Itinerans debet habere vnam diem,in qualibet ſeptimana,pro quiete.
5 Inconſtantia,an admittatur.
6 Procuratoris dominus,aut debet totum approbare, aut nihil.

Is itaque. Primo leuia:deinde difficiliora
ſunt docẽda,ne ſcholares,aut ſtu-
diũ deſerãt,aut cum magno labore diffidẽter,aut tar
dius perducãtur.h.d.¶ No.qđ id vr̃ traditũ,vel co
gnitũ gñaliter,qđ per diffinitionẽ traditũ vl̃ cognitũ
1 eſt:vt hic.¶ † No.ꝙ ſcientia dʒ tradi prius de facili
bus:ſcđo de difficilibus.¶ Nota ꝙ rudis animus,
⁊ infimus,non dʒ multitudine ⁊ varietate rerum one-
rari.¶ Not.ꝙ non debemus eſſe cã,ꝙ iuuenes ſint
ſcientie deſertores,imo debemus eos hortari,vt in
2 ſcientia perſeuerẽt.¶ † No.ꝙ ille qui põt ire per viã
planã,⁊ facilẽ:nõ debet ire per difficilem.Quod facit
contra muliones,nuntios,⁊ barcharolos:quoniam
non debẽt relinquere viam vſitatam,propter inuſita
tam:vt.l.rem non nouam.C.de iudi.niſi via inuſita-
ta,ſit magis tuta:vt.l.fi.§.cum autẽ gemini.ff.de iu-
re delibe.nec etiam dʒ ire per viam tortuoſam:qñ per
rectam ire poteſt ſecure:vt.l.non ſolũ.§.j.ff.de excu.
tu.⁊.l.ij.C.de cur.pu.lib.xij.⁊ ibi Bar.Similiter non
debet ire quis per viam lubricam,vel ſaxoſam:cum
põt ire per aliã longe melius.l.qua actione.§.j.ff.ad
leg.Aquil.nec etiã dʒ ire per viam ſuſpectã vt.l.eos.
§.fi.⁊ ibi no.ff.de fal.⁊ vide Bar.in.l.j.in fi.ff.ſi quis
cau.¶ Ex quibus ſequitur,ꝙ ſi quis vadat per viã
prohibitam(vt.ſ.dicitur)eſt in culpa.ita dicit Ang.
in.l.Imperator.in prin.ff.de appel.⁊ facit quod not.
Ange.⁊ Imo.in.l.continuus.§.cũ ita.ff.de ver.obli.
3 ¶ † Et ex his infertur,ꝙ ſi aliquis dñs promittit te
nere viam,vel ſtratam ſecuram,et aliquis iuerit per
viam inuſitatam,⁊ fuerit ſpoliatus:ille dominus non
tenetur ad emendam:vt not.Bar.in.l.j.ff.de his qui
deiece.vel effu.¶ Vnum tamen not.qualiter via de-
beat commenſurari,vel a porta ciuitatis,vel a conti-
nentibus edificijs,vel per rectum,vel per indirectum,
vel per terram,vel per aerem:vt no.in.d.l.j.in fin.ff.ſi
4 quis caut.¶ † Nota tamen ⁊ tene menti,ꝙ in longa
itineratione.ſemper intelligitur,vt quis habeat vnã
diem.in qualibet ſeptimana pro quiete:vt eſt glo.ſin
gularis in.c.cupientes.in princ.ſuper verbo commo-
de.de elect.in.vi.⁊ hoc etiam innuit Imo.in.d.l.cõti-
nuus.§.cũ ita.¶ No.text.ibi:ac ſimplici,ꝙ facit,ſi
ſtatuto caueaẽ,ꝙ reꝰ dẽat rñdere poſitionibꝰ,ſimpl'r
affirmando vel negando:alias habetur pro confeſſo.
ADNOTATIO. Et facit pro regia ordi-
natione regis Frãciſci huiuſce noĩs ꝑmi.c.trigeſimo
octauo,ordinatioĩbꝰ ꝓmulgatis a villiers coſterees,
vbi ꝑcipiẽ eẽ categorice rñdẽdũ.h̃ ẽ ſimpl'r.Al.Ca.
Modo ſi quis reſpõdet,nego me habuiſſe pecuniã,
et ſi appareat,dico me expendiſſe in negotijs ſuis.di
xit Bart.ꝙ iſte habetur pro confeſſo,in tali reſpon-
ſione,quia eſt illa ſimplex reſpõſio,que ſit ſine aliqua
plica.⁊ confertur in vnum caſum tantum.ſed quãdo
confertur in duos caſus:non eſt reſponſio ſimplex,
ſed duplex.Ita dicit Barto.per illum textũ,in.l.j.in
princi.de vulg.⁊ pupil.⁊ in.l.prima.§.ſi quis ſimpli-
citer.ff.de verb.obliga.⁊ vide Bald.in.l.j.in princi.
ff.de edil.edic.⁊.l.j.C.vt q̃ deſ.aduo.parti.⁊ id ſequiẽ
Ioan.de imola.ſed Rapha.cu.in.d.§.ſi quis ſimpli
citer.in.d.l.j.de vulgari.⁊ pup.dicit.ꝙ iſta opi.Bar.
videtur dura cum reꝰ pure negauerit.⁊ illa adiectio,

a ¶ Iuris ꝑcepta. Quarto dicit,ꝙ ius noſtrũ ciuile vno de tribꝰ modis accipiẽ,aut ꝑcipit,vt qs honeſte viuat.Aut ꝑcipit,vt qs alterum nõ ledat.aut vnꝰ hõ ius ſuum vnicuiꝗ tribuat.de p̃io ponit exẽplũ in gl.q̃ incipit ꝙ tũ ad ſe ⁊c.ĩ ſcđo ponit exẽplũ,ꝙ nõ dʒ vnus alteri iniuriã inferre:vt ff.e.l.iij.de tertio ponit exẽplũ vt i iudice q vnicuiꝗ dʒ ſuũ ius tribuere:prout.ſ.dixi i diffinitione iuſtitie.

⁊ ſi appareat ⁊c.nõ dʒ nocere.arg.C.de teſt.l.teſtamentum.ſecus ſi reſpõ-
derit alternatiue,vel premiſſa cõditiõe.facit.c.is q.de elec.in.vj.Dixit tñ
ibi Rapha.ꝙ ex doctrina Bal.limitaẽ aliud dictũ ipſius Bart.qđ poſuit
in.l.de etate.§.nihil.de inter.act.vt illud procedat vbi nõ eſt ſtatutũ:tamẽ
dicit qđ in queſtione facti dictũ Bar.in dicto.§.nihil.fuit intellectũ,niſi ap
pareat in preteritũ ex actis.Secus ſi referat ad futurũ:q̃r ſi ponẽs nõ rele-
uareẽ ab onere probãdi q̃ fuit rõ poſitionis,ꝑ cle.ſepe.de verb.ſigni.⁊ not.
in.l.§.qđ obſeruari.ꝑ gl.⁊ doct.C.de iura.calũ.⁊ intellige iſtũ tex.de bona
ſimplicitate,q̃ eſt contraria fraudi.de qua.ĩ.de fideicõmiſ.here.§.ſed quia
non de mala ſimplicitate,de qua loquiẽ.l.ſi ſeruus.ff.qđ vi aut clam.ſcđm
Iac.de are.Tu vero dicas plenꝰ,vt ego etiã no.in.d.l.j.⁊ in.§.ſi quis ſim-
pliciter.vcʒ,ꝙ Bal.in.l.j.C.de edil.edic.tenet,ꝙ licet quis in reſponſione
adijciat id qđ eſt de natura rei,de qua ſit interrogatio,dicitur ſimpliciter
rñdere:vt ſi interrogatus rñdit,ꝙ emit pro.x.q̃r ſi nõ poſſem hoc declara-
re,poſitio eſſet captioſa:vt.l.ſi duo §.ſi quis iurauerit.ff.de iureiur.ac etiã
iudex poteſt admittere reſponſionẽ qualificatã:cauſa euitandi calũniã po-
nentis.vt in eo.ti.l.iuſiurandũ ⁊ ad pecunias.§.ſi de qualitate.⁊ ibi Bar.⁊
ideo licet ſtatutũ dicat,ꝙ debeat reſpõdere ſimpliciter accuſationi:poteſt
tamen reſpondẽs dicere,ꝙ faciat ad ſui defenſionẽ:ne interrogatio que in-
cludit inſultum,vel dolũ,ſit captioſa reſpondenti ſimpliciter:poteſt tamen
iudex cogere vt ſpecificet modum defenſionis:vt not.in ſimili.Innocenti.
in.c.licet cauſam.extra.de proba.aut ergo eſt adiectio reſponſionis,ſm na-
turã rei de qua agiẽ:vel eſt,ne qs incidat in calũniã:⁊ tũc admittiẽ:⁊ dr̃ ſim
pliciter rñdere:vt dicit Bal.Aut nõ eſt ſm naturã rei neceſſaria:⁊ tũc,aut
precedit negatio pura:⁊ tunc non dicitur ſimpliciter reſponderi.Ita intel-
ligitur opi.Bar.alias ſecus,ſm Raph.Aduertas tamẽ,ꝙ Bal.in.l.j.C.de
cõfeſ.dicit,ꝙ iudex ex officio ſuo poteſt cogere reum,vt ſimpliciter rñdeat.
ſm Hoſt.in.c.j.de confeſſis.in.vj.licet aliter rñdendo,reſponſio valeat:vt
l.ſi quidẽ.C.de exce.vnde reꝰ poterat ſimpliciter dicere.nego narrata prout
narrantur.⁊ poſtea in exceptionibus,dicere qđ fecit ad ſui defenſionem.et
iſtud ſequiẽ Lud.in.d.§.ſi quis ſimpliciter q̃ omnia not.¶ In gl.aduertit
5 in princ.ibi not.cõtra inconſtantiã.ſi queriẽ,† an incõſtantia admittaẽ:dic
aut eſt in vltimis volũtatibus:aut inter viuos.Primo caſu admittiẽ:vt.l.
ſi quis teſtamẽtũ.in prin.ff.de leg.iij.⁊.l.iiij.ff.quẽadmodũ teſta.ape.Scđo
caſu:aut in contractibꝰ innominatis:⁊ admittiẽ incõſtãtia.iuxta.l.ſi pecu-
niã.Et qđ ibi gl.⁊ doctores.ff.de cõdictio.ob cauſam.Aut in cõtractibus
nominatis.⁊ tunc aut circa idem,aut circa diuerſa.Primo caſu.ſi actus eſt
nullꝰ:admittiẽ incõſtãtia:vt.ĩ.qui alie.licet.in pñ.alias ſecus.vt hic.Scđo
caſu,aut erãt cõnexa,⁊ nõ admittiẽ variatio:vt.l.in cauſe.⁊ qđ ibi no.ff.de
procur.alias ſecus:vt.l.ſi ſterilis.§.ſi.ff.de act.empti.de quo dicendũ vt ple
6 ne per Dy.in.c.qđ ſemel placuit.de reg.iur.in.vj.¶ † Et predicta inducũ-
tur in argumẽtũ ad queſtionẽ:ſi in inſtrumẽto procuratoris cõtineatur.ꝓ-
mitto me habere ratũ quicquid per procuratorẽ factũ fuerit,⁊ dicatur ali-
quid aliud continens taxationẽ,quia nõ videtur legitima ratificatio.q̃r aut
totum debet approbare,aut totum reprobare,facit qđ not.glo.in clementi-
na prima.de procura.⁊ ita dicit Bar.in.l.qui omnia.in fi.ff.de procu.

SVMMARIVM.

1 Mulier dicitur honeſtè viuere,quando viuit ſecundum mores loci.
2 Offendere aliquem,non eſt licitum.
3 Offendere ſeipſum,an quis poſsit impunè.
4 Percuſſorem,an quis remittere poſsit.
5 Adiuuare aliquem,qui offenditur,an quis teneatur.

a Iuris præcepta. a † Not.ibi honeſte viuere.iuncta glo.ꝙ ſi
quis reliquit aliquid alicui mulieri,donec
honeſte viuat:ꝙ dicitur honeſte viuere,quando viuit ſecundum mores lo-
ci,quia verba teſtatoris ſunt exaudienda ſecundum conſuetudinem regio-
nis:vt.l.cum de lanionis.§.aſinam.ff.de fun.inſtructo.
ADNOTATIO. Hãc diſt.approbãt Cornꝰ.Pau.a caſtr.Iaſ.
⁊ cõiter doc.l.fi.col.pe.⁊ fi.de idicta vidu.tollẽ.c.⁊.l.mulier.§.cũ ꝓponereẽ.
ad trebel.reprobãdo Bar.ibi ſtriũ tenẽtẽ.⁊ plurales cõſultꝰ ſic rñdi.Ant.
Caiꝰ.Si nãut dicaẽ lego donec caſte vixerit:dic aut iſta vba ꝓferunẽ a ma
rito:vel a filijs q ledunẽ ꝑ tranſitũ ad ſcđa vota:vt in aut.de nu.§.q vero.
⁊ intelligiẽ donec aliter nõ nupſerit,vel corpꝰ ſuũ corruperit:vt not.in.l.ſi.
⁊ ibi doc.C.de indi.vidui.tollẽ.aut iſta verba proferuntẽ a patre,matre,vel
alijs cõiũctis mulieris.ſiue etiã ꝓferanẽ a penitus extraneo.⁊ tũc mulier nõ
perdit relictũ,licet cõuolet ad ſcđas nuptias:vt.l.mulier.§.cũ proponereẽ.
⁊ qđ ibi Ange.⁊ Imola ⁊ Ludouicus.⁊ ibi ſcripſi.ff.ad Trebellianũ.ſecus
ſi corpus ſuũ corruperit.Quod dixi ipſam nõ ꝑdere relictũ tradẽdo ſe nu
ptui:forte eſt verum,ſi nubat ſibi pari.ſecus ſi tali qđ eſſet dedecori agna-
tioni ſue:⁊ illi qui relictũ reliquit ſibi.ar.l.iij.§.ſi emãcipatꝰ.ff.de cõtrata.
2 ¶ † Not.ibi.alterũ nõ ledere.ꝙ nõ eſt licitũ aliquẽ offendere.Quod intel
lige,niſi ad ſui defenſionẽ:vel ſuorũ bonorũ.iuxta materiã.l.j.cũ gloſſ.⁊ ibi
Cynus Bal.⁊ Salicetus.C.vnde vi.⁊ vt vim.ff.eo.⁊ glo.Bart.⁊ Bald.in
l.ſcientiam.§.qui cum aliter.⁊ ibi Floriañ.ff.ad legem Aquil.de quo vi-
de que late ⁊ ordinate ſcripſi in meo tractatu maleficiorum in gloſſa.in
3 verb.⁊ dictus titius ſe defendendo.dic vt ibi.¶ † An autem quis poſſit
ſeipſum impune offendere,hic videtur caſus a contrario ſenſu,ꝙ ſic.ſed
non eſt

uente: sequeretur q̄ non solū naturalis obligatio (quā ius gentiū introduxit) produceret actionē: qđ est falsum. ff. de pac. l. iuris gentiū. §. sed cum nulla. ff. de solu. l. is cuius. §. flauius. ¶ Item actus debet attribui ei qui in illo agit potētius. l. q̄ q̄. §. cū patres. ff. de acquirē. re. do. Sed ius ciuile est illud qđ fortius operatur in productione actionis. ergo debet ei attribui. qđ ius ciuile plus operet̄, patet: quia formā dedit actionibus, circa earū nominationē, propositionē, ⁊ formulā, vel formalē propositionē: sed forma dat esse rei: ⁊ cōseruat eā in esse suo. vt. l. seia. de aur. ⁊ arg. lega. ⁊ in hac formali, ⁊ nominali cōpositione, solum operatur ius ciuile. vt. d. §. deinde. ergo respectu nominis, ⁊ forme, iuri ciuili debēt attribui actiones. ¶ Similiter respectu cause efficientis. nā ius ciuile (mediāte iureconsulto) eas facit. vt. d. §. deinde. vel mediantibus principibus. vt. C. de prescri. lon. temp. l. fin. ver. ideo. sed respectu cause materialis, pōt dici qđ vtroq; iure sunt inuente: q: ex naturali obligatione, que est de iure gentiū: ⁊ ex ciuili, simul cōiunctis, sint causate. cū neutrum per se esset efficax, actionem producere. vt. l. iuris gētiū. §. sed cū nulla. Patet igitur qđ ius ciuile potentius agit in earū productione. ergo ei merito debent attribui. vt glo. dicit. Uerum quia antiqua erat quedam denuntiatio per conditionem. per quam presides, vel magistratus compellebant aliquid dari, vel fieri. vt. j. de actio. §. appellamus. per hunc modū dicebant fieri exactionem de iure gentiū. l. rerum. ff. de re. amo. ¶ Concludit igit̄ Sali. qđ inuentio prosequendi, qđ sibi debetur: fuit de iure gentiū. al's autē contractus fuissent frustratorij. Sed modi prosequendi quibus vtimur, ⁊ earū nomina, propositiones, ⁊ etiā forme, sunt de iure ciuili: non enim prius erat proprie nominata actio ex empto, vel locato. ⁊ sic de de ceteris. ⁊ per hoc patet responsio ad obiecta: ⁊ ad de quod. j. dicam. de actio. in princ. ¶ In ead. gloss. in fin. not. quod obligatio ex delicto, vel quasi, non est de iure gentium,
7 sed de iure ciuili. ¶ † Secūdo no. quod ex delicto, vel quasi, nascitur obligatio: sed quo ad primum: doctores non fatentur, quo ad obligationem ex maleficio: quia imo dicunt quod est de iure gentium. vt. l. j. ff. de furt. ita dicit Bart. ⁊ alij in. l. ex hoc iure. sed Salice. ibi, in fin. dicit quod punitio delictorum fuit inuenta de iure gentium: sed nominationes, ⁊ specificationes delictorum, ⁊ pena in specie, sunt de iure ciuili inuente, et limitate: sed de obligationibus descendentibus ex eis, est maius dubium. Nam quidam dicunt qđ ex eis non est dare naturalem obligationem: quia consensus sufficit: ex quo naturalis oritur: sed solum ciuilem dicunt esse obligationem. Et ita defendunt quedam gloss. Sed Salice. dicit naturalem ex consensu oriri. quia delinquendo voluit se ad penam delicti obligari. vt. ff. de iur. fisci. l. imperatores. ⁊ in aut. de non alie. §. quia vero leonis. la secunda. colla. ij. bene facit. l. j. §. bestias. cum ibi nota. ff. de postula. sed quasi maleficia fuerunt a iure ciuili inuenta: quia ex facto alieno punitur quis: licet mediante culpa: et etiam obligationes descendentes ex eis, dicuntur de iure ciuili, sed ex dicta culpa descendit aliqua naturalis: sicut quando ex proprio facto dolo obligatur: sed obligationes descendentes ex quasi contractu, omnes sunt de iure ciuili: vt. l. apud iulia. §. fin. ff. ex quib. cau. maio. coniuncta. l. j. cum gloss. ff. de acquir. re. domi. excepto. quando indebitum repetitur: quia est de iure gentiū.
8 vt. l. indebiti. ff. de condic. indeb. ¶ † Ultimo not. quod est duplex ius gentium. Quoddam est quod fuit eo ipso quod gentes ceperunt esse: naturali ratione inductum: absq; alia constitutione gentium: vt fidem seruare: et isto tali iure quod habet concomitantiam cum iure naturali: statutum est secundum ius gentium: quia naturali ratione omnes liberi nascebantur. vt dicit hic tex. Quoddam est ius gentium: quo omnes gentes vtuntur: qđ sibi gentes constituerunt: non s̄m ratione naturalem: sed quodammodo contra. vt bella, captiuitates, seruitutes, ⁊ distinctiones dn̄iorū. ⁊ de hoc loquitur hic: ⁊ isto iure, status seruorū est annihilatus, ⁊ separatus ab alijs: ⁊ nihil propriū sibi acquirere possunt. vt. ff. de acqr. re. do. l. acquiritur. cetera dic vt per Bar. Bald. ⁊ Salic. in. d. l. ex hoc iure gentiū. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ dicam. j. de obli. in princ. Ange.

SVMMARIVM.

1 Statutum, qualiter condi debeat.
2 Populus si aliquid statuit & t̄n non apparet quòd fuerit facta propositio in populo vel quis fuerit ille qui proposuit, an tale statutum valeat.
3 Scriptura an sit necessaria de esse & substantia legis.
4 Statutum an valeat si non contineat publicam vtilitatem.
5 Statutum si est factum in odium alicuius personæ an valeat.
6 Lex vniuersalis potest fieri per statutum.

a Constat autem. [a] Diuidit̄ iste. §. in tres partes. Primo ponit dictū bimembre. Scđo ponit exemplū primi mēbri. Tertio exempla secundi membri. secūda ibi: scriptū. tertia in. §. ex nō scripto. Itē secūda subdiuidit̄ in duas partes. Primo ponit qđ est ius scriptū. secūdo ponit exēpla. secūda ibi: lex. ¶ Et hoc dicit. ius scriptū consistit in sex partib⁹ hic noīatis. hoc dicit. cū quo concordat secūda distinctio. §. lex est.
1 ¶ † Not. in. §. lex est practicā condendi statutū, videlicet quod fiat propositio coram populo, per eum qui habet officiū proponendi: ⁊ iste mod⁹ est seruādus, ⁊ forma. quod s̄m Bal. in. l. j. ff. eodem. prestat argumentū. Statuto Perusij cauetur quod omnis propositio fiat per priorē priorū: ⁊ aliter non valeat. modo adunantia cōgregata. populus vult vnū, quod prior nō vult proponere: q: est penale, vel q: iurauit. modo quidam alius pposuit: ⁊ populus statuit. an valeat. ⁊ videt̄ q̄ sic ex quo habuit cōsensū populi. vt. l. obseruare. C. de decur. lib. x. ⁊ ibi Bar. qui allegat. l. de quib⁹. ff. de leg. ⁊. l. si qđ. C. de lega. lib. x. In contrariū videt̄ tex. iste: quia non est seruata forma. Sed dicāt cōciliū est tale. q̄ posset dicte forme derogare: ⁊ valet statutū. qđ intelligo verū. si expresse dicte forme derogauit: al's non. vt arg. l. si quis in principio testamenti. ff. de legatis. iij. ⁊ hoc idem tenet Bal. in. d. l. omnes popu-
2 li. ff. de iustitia ⁊ iure. circa finē. ¶ † Quero. reperitur quod populus aliquid statuit: ⁊ t̄n nō apparet qđ fuerit facta propositio ī populo: vel quis fuerit ille q̄ pposuit. an tale statutū valeat: ⁊ Barto. in. l. vniuersis in fi. C. de pre. impe. offer. ⁊ in. l. ij. C. de decurio. lib. x.
3 p illū tex. t̄z quod valeat qđ est nota. ¶ † Quero an scriptura sit necessaria de esse, ⁊ substātia legis: gl. in l. j. C. de legi. ⁊ in. l. de quibus. ff. eo. tit. sentit quod sic facit. j. eodem. §. ex non scripto. ⁊ illud tenet Petrus in. l. humanum. C. de legibus. ⁊ Sali. dicit ibi. qđ hec est cōmunis opinio. sed Bal. dicit ibi. quod quidā dicunt contrariū. videlicet q̄ scriptura non requiratur de substantia, ⁊ esse forme: sed de esse obseruantie. sicut dicimus in simili: q: cōtractus conditionalis prius habet esse, q̄ obligatio. Ita in legibus sola volūtas principis, vel statuētis, verbis expsse est lex. Scriptura vero requiritur ad legis obseruātiam: ⁊ obligationem subditorum. pro hoc. l. j. ff. de constitu. princip. non enim dicit, scriptū est. sed dicit, placet. ad idē xxv. questione. ij. constitutionis. de hoc per Jo. and. in. c. nemo potest, de regulis iuris. in mercurialibus. Et mihi videtur q̄ ista vltima sit verior de iure.
4 ¶ † Querit Bal. in. l. j. ff. de leg. an de substantia statuti, si quod sit factum ob publicam vtilitatē, ita qđ respiciat specialem fauorē, vel gratiā alicuius. quod non valeat. Et ibi cōcludit quod imo valeat. licet nō contineat publicam, sed specialem vtilitatē. vt. l. j. ff. de consti. prin. ⁊. l. neq; delictum. C. de decurio. lib. x.
5 ¶ † Quid si est factum statutum, siue lex, specialiter in odium alicuius persone. Bar. in. l. omnes populi. ff. eo. ver. vltimo quero. ⁊ in. l. antiochensiū. de priuile. credito. ⁊ in. l. venditor. §. si cōstat. ff. quemadmodum serui. amit. ⁊ in. l. fi. ff. de appellatio. ⁊ in. l. toties.
6 §. j. ff. de pollici. † In his enim omnibus locis dicit quod faciendo legem vniuersalem potest fieri per statutum. vt. d. §. si constat. sed per statutum speciale, fieri non potest per dicta iura. S̄z Bal. in. l. j. ff. de legi. dicit, quod aut fit propter odium rationabile: vt quia propter enorme delictum. ⁊ valet. vt. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimi. secus si odium esset irrationabile. vt dicta. l. toties. §. primo. ⁊. l. priuatus. ff. qui ⁊ a quibus. Tu coniungas opinionem Bart. ⁊ Bald. ⁊ distingues per te, ⁊ habebis veritatem. videlicet: quia per legem, vel statutum vniuersale, per odium etiam irrationabile, fieri potest. Si autem per statutum particulare. ⁊ tunc etiam idem, quando est odiū rationabile: alias secus. ita intelligantur predicta: vt saluentur opiniones supradicte: ⁊ plene materiam statutorum. vide vt scripsi. s. eodem. §. primo. Angelus.

SVMMARIVM.

1 Populus a plebe non differt, vt genus à specie.
2 Posita specie ponitur genus tanq̄ predicatū et representatur in illa specie,
3 Genus consideratur quadrupliciter,
4 Species capitur trifariam,
5 Populi appellatione, quid contineatur,
6 Plæbis appellatione, tantummodo vulgus, sine nobilibus continetur,
7 Argumentum de genere ad speciem, ad valeat.

b Plebiscitum. [b] Cū esset in ciuitate romana lex. xij. tab. ius ciuile euenit: vt plebs cū patrib⁹ in discordiā veniret. Et reduxit se in montē auentinū, in quo plures leges cōdidit. mox reuocata illa plebe, lege hortēsia statutū fuit q̄ plebiscita p lege obseruarent̄. ⁊ ita dixit tex. in l. ij. §. deīde cū eēt. ff. de ori. iu. h. d. ¶ No. primo. q̄ sicut lex est qđ ppl's senatorio magistratu īterrogāte

a ¶ Constat autem ius nr̄m. Uidim⁹ de iure nāli in principio hui⁹ ti. Itē vidim⁹ de iure gētiū, s. pxi. §. Itē vidim⁹ đ iure gētiū ⁊ ciuili mistim s. §. ius aūt ciuile vsq; ad. §. ius aūt gentiū. s̄z q: de iure ciuili non plene tractatū est in hoc §. ⁊ se. vsq; ad. §. s̄z naturalia. est sciendū q̄ iste. §. ex non scripto. diuidit̄ in xvi. partes. In prima parte d: q̄ ius nr̄ū ciuile diuidit̄ ī duas ptes. s̄z in ius scriptū, ⁊ ius non scriptū. ⁊ hoc ad silitudinē grecorū: qui sil'r iure scripto, ⁊ non scripto vtebāt̄. Scđo dicit. p̄mo est vidēdū de iur̄ scripto, ⁊ est sciēdū q̄ ius scriptū ɔstat ex sex ptibus iuris. s. ex iure ⁊ plebiscito, seu ex senatusc̄ōsulto, ⁊ principū placitis, p̄torū edictis ⁊ ex r̄nsis prudētū. Tertio dicit qđ ē l. certe lex dicit̄ illa quā roman⁹ pplus faciebat cōsule senatorū interrogāte ppl'ū. vt ecce qñ emergebat aliqua qđ, q̄ nō erat soluta p aliquam legē ppl's ɔuocabatur cū cāpana, ad arēgā, ad arēgā ad arengā. ⁊ sic cōgregabat̄ ppl's. ⁊ tunc loq̄bat̄ magistratus senatorū: ⁊ dicebat ppl'o ibi cōgregato. Dn̄i mei talis qđ emersit đ nouo, quā ɔōnē n̄ repim⁹ decisā in nr̄o iure: placet ne vobis quo ad decisionem illius ita ⁊ ita statuatur. ⁊ popul⁹ simul, vel diuisim clamabat vel clamabant dicētes: sic fiat: vel sic fiat. ⁊ sic illud taliter constitutū dicebatur lex.

b ¶ Plebiscitum. Quarto. dicit qđ

c

fit plebiscitū:⁊ certe plebiscitū dr̄ illud ius qd̄ plebs romana faciebat Tribuno plebeiorū interrogāte plebē. ecce enim. qñ emergebat aliqua qd̄ pertinēs ad plebem, seu plebeios: que nō erat soluta per legē aliquā, pulsabat cū quadā alia cāpana: ad arengā. ad arengā: ⁊ sic congregabat plebs romana. ⁊ tūc surgebat magistratus. s. tribun⁹ plebis: ⁊ dicebat plebi. talis qd̄ emerfit: pl3 ne vobis ꝙ ad decisionem illi⁹ sic, vl' sic statuatur. ⁊ ipi clamabāt dicentes. fiat sic: ⁊ sic ergo illō tal'r cōstitutū, appellabatur plebiscitum. Quīto dr̄. dicim⁹ ꝙ lex fit a ppl'o: et plebiscitum a plebe: sed q̄ differētia est inter populū, ⁊ plebē? rñdeo. populus est gen⁹: qz appellatione populi, oēs ciues romani cōtinentur. s. nobiles patricij, et senatores, et ignobiles. Sexto. rñdet cuidam tacite qōni. nam posset aliquis dicere. nunquid tm̄ valēt plebiscita. q̄tū leges? ⁊ dicit. ꝙ sic: et q̄ facta fuit quedam lex, q̄ appellabat hortensia: in qua continetur. ꝙ plebiscita obtinent vim legum.

a ¶ Senatus. Septimo qd̄ est senatusconsultum? ⁊ certe senatusconsultū est statutū a senatoribus cōpositū: sunt leges a senatoribus promulgate. Octauo rñdet cuidā tacite obiectioni. naz aliqs posset dicere. senatusconsulta videntur supflua: nōne sufficiebant leges ⁊ plebiscita? ⁊ rñd. dicens. ꝙ senatusconsulta non sunt supflua. naz ppl's romanus erat intm̄ augmētat⁹, qd̄ erat quodāmodo ipossibile, qd̄ semper qñ debebant fieri alique leges noue, ꝙ popul⁹ et plebs congregari posset: ⁊ ideo vtile fuit visu3 ppl'o, ꝙ senatores possent iura odere, sine populo ⁊ plebe: ⁊ sic qñ cōgregabatur ppl's, cōsul senatorū interrogabat.

statuit: ita plebiscitū, est qd̄ plebs plebeio magr̄atu interrogāte, ɔstituebat. ¶ No. ꝙ aliō ē plebs, aliō ppl's. ¶ Not. ꝙ ppl's est gen⁹: ⁊ plebs est spēs ei⁹, siue ps. ✠ ADNOTATIO. Ur̄ qd̄ ppl's a plebe nō differat, vt gen⁹ a spē, qz posita spē, ponit gen⁹, vbi gr̄a hō est, ergo aīal est, ⁊ tñ nō recte iferř, plebs est ergo ppl's, qm̄ tex. hic repugnat fm̄ Fulg. ⁊ Jaso. i. l. mutuū dam⁹. §. creditū, ō reb⁹ creditis, i pād. ⁊ ibi scripsi, s3 Frācis. cur. iunior, dīt ibi eē fallatiā, nec eē sic argumētādū, plebs est ergo ppl's. qz sic argumētādo

2 dicerem⁹ qd̄ spēs eēt, idē qd̄ gen⁹, qd̄ est absurdū, sed sic est argumētādū, Jo. est de plebe. ergo de ppl'o, tūc em̄ pceditarg. vel dic qd̄ apud iurecōsultos qñ vnū est altero gn̄ali⁹ illud gn̄ali⁹ hr̄ loco gn̄is, aliō aūt loco speciei. l. q̄ntū. §. fi. ⁊ ibi notat bar. de fun. instr. i pād. dec. † vel tertio possum⁹ rñdere qd̄ posita spē ponitur gen⁹ tāq̄ pdicatū ⁊ repsentatū i illa spē nō aūt tanq̄ repñtet oēs spēs i illo gñe ɔtētas. nā posita hoīe ponit aīal sc3 rōnale s3 nō irrōnale, ita posita plebe ponit ⁊ ppl's, sed nō oēs spēs ɔtēte, sub ppl'o. ⁊ sic nō ob. ɔtrā. s. formatū, ⁊ vt intelligas gen⁹ ⁊ spēs meli⁹ quā alibi repiaŕ scripsi. i. l. mutuū dam⁹. §. mutui datio, v. ɔcludo gen⁹ capi. nu. ij. de reb. cre. i pāde. vbi ɔclusi,

3 † gen⁹ ɔsiderari qntupl'r. Primo dr̄ marie gen⁹ seu gen⁹ gn̄alissimū, qd̄. s. se nō h3, ō q̄ pdiceť, seu loquatur, vt substātia ⁊ res. Scd̄o dr̄ gen⁹ subalternū, qd̄ pdicaŕ de plurib⁹ differētib⁹ spē, vt aīal aliud rōnale ⁊ aliud irrationale. Tertio gen⁹ iterius, qd̄ logici spē3 appellāt. Quarto gen⁹ dr̄, vnū eoꝝ qd̄ ɔsistit i pōdere, numero vel mēsura. i. d. §. mutui datio. Quīnto genus dr̄ q̄titas seu q̄ta bonoꝝ pindiuiso possessa vel debita, bar. i. l. meur⁹. §. duob⁹. i pñ. de leg. lib. ij. i pād.

4 † itē spēs capiť trifariā, dialectice, q̄ pdicaŕ ō plurib⁹ differētib⁹ numero, vt hō, ali⁹ Anto. al's Jo. ⁊ dr̄ genus iteri⁹ scd̄o spēs dr̄, id qd̄ vno spū, vnaue structura ɔtineť dialectice indiuiduū, appellata, vt equ⁹, domus. Tertio dr̄ spēs corp⁹ demōstratū, fm̄ bal. i. d. §. mutui datio col. i. v. sic. oppono qd̄ genus puta hoc frumentum, talis fundus. Anto. Caius.

5 ¶ † No. ꝙ appellatione ppl'i, cōprehēdūtur oēs nobiles ⁊ plebei. ¶ † No. ꝙ appellatiōe plebis, tm̄modo vulgus (sine nobilib⁹) cōtineť. ⁊ h3 Ja. de are. est

6 iste tex. arg. qd̄ per statutū laicoꝝ, vel cōsuetudinem, nō ligaŕ clerici: qz si per statutū plebeiorū nō ligabatur ppl's, nisi ɔsensissent postea ex lege hortēsia: quātomagis d3 ligari clericus statutis laicoꝝ: cū sit valde nobilior. vt. l. presbyterorū. C. de epi. ⁊ cle. ⁊ de hoc

7 vide in. c. que in ecclesiarum. extra de constit. ¶ † Ad das. an liceat arguere de gñe ad spē3. ⁊ dic ꝙ affirmatiue nō pōtargui. vt animal est: ergo est homo: qz ad aɔpositionē generis, nō sequiť positio speciei: sed ecōtra sic. vt no. Bart. in. l. ij. §. de vi. bo. rap. ⁊ in. l. iuris gētiū. §. sed si fraudēdi. ff. de pac. sed negatiue a gene, re, ad speciē, est bona cōsequentia: vt hō est animal: ergo non est homo: qz a quo remouetur genus, remouetur quelibet eius species. glo. est in. l. causa cognita. C. de trāsac. sed ecōtra. ad positionē speciei, sequiť positio gñis. ⁊ sic a specie ad genus, affirmatiue potest argui. s3 ad remotionē spēi, nō seqť remotio gñis. Et sic negatiue. de spē ad suū gen⁹ nō ē licita ɔñia. vt. l. duob⁹. §. si qs iurauerit. ⁊ ibi Bar. ff. ō iureiu. ¶ Ex his p3 h3 Jo. de pla. ꝙ q̄ nō admittiŕ ad succedēdū vt cognat⁹: ñ admittiŕ vt agnat⁹: siue ɔsanguine⁹ sumēdo cognationē, putē gen⁹ vt no. i. l. fi. ff. ō suis ⁊ le. ¶ Et qual'r assumaŕ gen⁹, ⁊ q̄l'r spēs. vide gl. ⁊ ibi doct. i. l. leg. gn̄al'r. ff. de leg. j. Et no. gl. i. l. ij. sic er. pe. i pñ. ⁊c.

b ¶ Sed qd̄ pncipi. Nono. qd̄ est principis placitū, dr̄ lex iperialis. Na ꝙ pncipi placuit, p lege seruaŕ. Decimo rñdet cuidā tacite qōni: nā pōt aliqs qrere, quare pnceps pōt legē facere: rñdet ꝙ ppl's roman⁹ trāstulit i eū pncipē oē ius, ⁊ iperiū, ⁊ marie ptātē legis ɔdēdē. Undecimo dīt ꝙ iperator facere pt legē. (vt dixi) ergo id ꝙ instituit iperator seruaŕ p lege: etiā si in modū epl'e faciat. vt. j. de his q sunt sui vel alie. iur. §. fin. vel ita, si inter litigātes cognouit. ⁊ diffinitiue pnūtiauit volēs ꝙ illa sententia esset lex. vt. C. de legi. ⁊ cō



✣ SUMMARIUM. ✣

1 Vniuersitas, difficilè in vnum conuenitur.
Ciuitates & decuriones, an hodie posint restituere famæ.
2 Ciuitates, an possint cōcedere minoribus liberā administrationē rerū suarū.
3 Ordo quis sit seruandus, quando decuriones volunt statuta condere.



a Senatus. a ¶ Not. ꝙ senatus h3 potestatē legis condēde. vt. l. non ambigiť. ff. de legi. nā poterat etiā restituere ad famā: ⁊ poterat etiā, id qd̄ poterat ipse princeps. Et qd̄ erat de reseruatis ipsi principi

1 vt. l. j. §. de qua re. ⁊ ibi no. gl. Bar. ⁊ doc. ff. de postu. ¶ † No. ibi: vt difficile fit. qd̄ difficile est cōuenire in vnū vniuersitatē: marime magnā: vt hic. ⁊. l. j. ff. de lib. vni. ⁊ sic non vr̄ ꝙ vniuersitas possit delinquere: nec ex dolo vniuersitatis possit agi: qz p eā dolus cōmitti nō potest. vt. l. si ex dolo. §. j. ff. de dolo. Sed tñ dicendū est, qd̄ licet cū difficultate possit cōueniri in vnum: ⁊ in eadē sentētia trahi. vt. l. itē si vnus. §. principaliter. ff. de ar. tñ pōt cōueniri cu3 difficultate: ⁊ similiter delinquere. vt dicit gl. in. d. l. si ex dolo. §. j. ¶ Quero. cū hodie cōcilium gn̄ale populi, siue decuriones, succedāt loco senatoꝝ: vt no. in rub. C. q̄ sit lon. cōsue. an sicut olim senatores poterant restituere ad famā: ⁊ alia q̄ erant reseruata soli principi. ita hodie ciuitates decuriones, ⁊ populi, possint restituere ad famā: ⁊ etiā aliquē restituere iuri geniture. Bar. in l. infamē. in fi. ff. de publi. iudi. tenet ꝙ sic. qñ est ciuitas q̄ non recognoscat superiorē: qz quo ad se, est loco principis. iuxta no. in. l. hostes. ff. de cap. S3 idē Bar. in. d. l. j. §. de qua. re. ff. de post. dicit. illud est verū. qñ esset infamia irrogata virtute alicui⁹ statuti: tunc p aliud statutū ɔtrariū pōt tolli. al's innuit qd̄ si qs esset infamis de iure cōi, qd̄ nō possit p ciuitatē fame restitui. ⁊ ibi ēt dicit de regibus, principib⁹, ⁊ alijs dn̄is: q aut recognoscūt imperatorē p supiore: aut nō recognoscūt. ⁊ istud vltimū vr̄ verius. ⁊ ita vr̄ tenere Jo. de imol. in. d. l. infamē. sed bal. in. l. gn̄ali. C. de sen. pas. dicit. qd̄ l3 ciuitas nō possit aliquē restituere ad famā, facit. qd̄ no. In. in. c. cū te. extra de re iudi. tñ talis restitutus per suā ciuitatē, consequť ⁊ recuperat honores illi⁹ municipij. qui deferunt p suā. l. q̄ q̄tum ad iura sue ciuitatis, d3 haberi p restituto: nō obstāte ꝙ infamis repellaŕ de iure positiuo, cui pōt derogari p statutū. vt. l. vt gra

2 datim. §. s3 si lege. ff. de mune. ⁊ ho. ¶ † Quero an ciuitates possint cōcedere minorib⁹ liberā administrationē rerū suarū: ⁊ p ɔñs, an possint cōcedere veniā etatis: ⁊ vr̄ ꝙ nō: qz est de reseruatis principi. vt. l. fi. C. qui ve. eta. impe. ⁊ hoc Bar. in. d. l. nō ambigiť. ⁊ sic p statutū hoc fieri nō pōt. vt no. Bart. in l. oēs populi. circa prin. ff. de iust. ⁊ iu. S3 idē Bar. in. l. ij. in prin. ff. de mino. distinguit. aut est ciuitas q̄ nō recognoscit superiorē. ⁊ tūc pōt dictā administratione cōcedere: ⁊ per ɔñs cōcedere veniā etatis: qz in suo territorio habeť loco principis. vt. d. l. hostes. facit p eo gl. in. l. fi. C. de pscri. lon. tēpo. ⁊ ibi Cy. al's autē si recognoscit superiorē nō posset illud cōcedere. Sed ego oī casu teneo ꝙ nullus ppl's (quis nō recognoscat de facto superiorē: qz deliquit reclamando cōtra principē) nullo modo possit veniā etatis, siue liberā bonorū administrationē, minorib⁹ cōcedere: qz hoc est de reseruatis principi. vt dictū est. al's autē sequereť absurdū. de quo per Bar. in. d. l. nō ambigiť. vc3 ꝙ q̄libet ciuitas posset ɔstituere imperatorē. ⁊ auferre q̄ princeps sibi reseruauit: qd̄ est valde absurdū. vt in. c. ij. de maio. ⁊ obe. ¶ Ex pdictis etiā patet ꝙ statutū ciuitatis: ⁊ sic populi. vt. l. oēs populi. de iusti. ⁊ iure. siue cōsiliarioꝝ qui represētāt decuriones. vt no. gl. in rub. C. de decu. ⁊. l. ij. ⁊. ti. lib. x. nō pōt spurios legitimare: qz ordo decurionū hoc facere nō pōt. vt. l. j. ⁊. ij. ⁊ ibi Ja. bu. ⁊ Cy. ⁊ alij doc. C. de iur. aur. an. nec etiā potest facere successibilē spuriū. vt. l. iij. ⁊ ibi Bar. Bal. Ang. ⁊ alij. ff. de test. qm̄ ista sunt de reseruatis prin

populi deficere facit: q causat ꝯsuetudinē: vt hic. si a iuris resistētia ⁊ tūc. aut
ideo ius executioni resistit. q̄ sentētia nulla fuit: ⁊ tunc consuetudo nulla in-
ducta fuit: q̄ ex eo qđ nullū est iuris effectus aliquis resultare non pōt. C. de
leg. l. nō dubiū. Aut ius nō resistit. q̄ per appellationē rescissa fuit. ⁊ idē. l. j. ī
ff. ad turp. Aut nō resistit, q̄ bñficio specialitatis forte rescissa fuit. vt. si ad
uer. rē iudi. p totū. ⁊ tunc licet q̄ ad minorē tollat sentētia, ⁊ eius effectus: non
tñ q̄ ad alios. vt. C. si vnus ex pluribus. l. ij. in fi. tunc cōsensus populi deficit,
23 q cōsuetudinē inducit. ¶ † Quero an p vnā partē populi induci possit con
suetudo. Guil. ⁊ Bar. in. d. l. de q̄b⁹. in v̄. dicit hic qđ requirit tacit⁹ ⁊c. tenēt
qđ sic. argu. not. in. l. si q̄s filio. §. fi. ⁊ ibi Bar. ff. de leg. j. vbi pars ciuitatis po
test facere statuta facit qđ dixi. s. eo. §. plebiscita. ergo ⁊ cōsuetudinē induce-
re. dic vt no. Bar. in. l. oēs populi. ff. d iusti. ⁊ iur. ⁊ ego dixi. s. §. j. Uel pleni⁹
dic s̄m Sali. in. d. l. de q̄bus. in vlt. q. vbi dicit qđ q̄diu pars populi sit vnita
cū suo toto, nō facit per se populū. arg. de offi. asses. l. fi. ī eadē. ⁊ no. p Barto.
C. de metropo. l. ij. lib. xi. Et q̄ oīs ciuitas vnū populū facit, ⁊ representat. vt
nus sibi ex puilegio cōcedat. vt. ff. qđ cuiusq̄ vni. nomi. l. j. ⁊ sic nec statutum
nec consuetudinē specialē possunt sibi inducere, vel facere: ⁊ maxime deciso
ria litis concernentem: cum ⁊ autoritate superioris hoc non faciant. facit.
lege nulli. ⁊ quod ibi no. eodem tit. Et hoc suadet ratio, ne schisma induca
tur in populo ⁊ regno. ar. in titu. de probi. alie. feu. p Fed. capitulo imperia
lis. §. preterea. Non ob. §. plebiscita: quia magis facit pro quam contra. quia
illa plebiscita facta a parte populi non valuissent nisi expresse fuissent po-
stea per populum approbata. Non ob leg que de tota. ff. de rei vendi. quia
hic non est eadem ratio in parte, sicut in toto. argumentum lege si quis filio.
§. vici de legatis primo. ⁊. §. si parti. ⁊ quod in eis no. Bar. ⁊ doc. ¶ Quero
an sufficiat probari quod in notitiā concilij generalis, vel maioris partis po
puli deuenit. Et Sali. in. d. l. de quibus. in versicu. iuxta predicta quero ⁊ de
cimoseptimo an sufficiat ⁊c. alleg. gloss. in rub. que sit lon. consuetudo. que te
net quod concilium representat totum populum. quod dictum tene cordi.
quia non est verum. quod semper representet totum populum: nisi hoc dis-
poneretur a iure ciuili, vel municipali: imo facta a concilio, non intelligun-
tur facta a populo. ff. de decre. ab ordi. fa. lege ambitiosa. ⁊ probatur. ff. quod
vi aut clam. l. prohibere. §. non tantum. versiculo plane. Item quando repre
sentat, intelligitur quando concilium est congregatum more solito, als autē
si in notitiā singulariter singulorum de consilio transfert non credit sufficere:
re: quia per istum modum non representat populum. quod enim audiunt ⁊
intelligunt, vt singuli intelligunt ⁊ non vt collegium, vel concilium: pro hoc
24 facit quod not. de re. diui. l. in tantum. §. vniuersitatis. igitur ⁊c. ¶ † Que-
ro qualiter consuetudo in iudicium deducatur. ⁊ Bart. in. d. l. de quibus. in
ver. x. quero qualiter consuetudo in iudicium proponatur. ⁊c. Et ibi Sali. in
versiculo. quero duodecimo qualiter consuetudo deducatur. Concludunt ꝙ
potest pponi multis modis. Primo per modū exceptionis. arg. no. in. lege
pacisci. ff. de pac. Item per modum replicationis quando contra exceptio-
nem replicatur de consuetudine. Item officio iudicis quando inducit resti-
tutionem vt lege si minor. §. finali. ff. de mino. Item per viam actionis ⁊ tūc
in ciuili incipias. aut super contractu formiter ⁊ agis ex contractu, allegat; ta
men in bello consuetudinem: aut vniformiter, ⁊ agitur condictione. vt lege
si duobus. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. Si autem criminaliter inducitur
accusatio. vt infra de publi. iudi. in principio. ⁊ hoc in effectu etiam vult
25 Ang. hic in versiculo. deinde principaliter quero qualiter. ¶ † Quero. an
sit necesse quod consuetudo in libello debeat allegari: Salic. in dicta lege de
quibus. in versiculo nunc tertiodecimo quero qualiter consuetudo necessa-
ria ⁊c. dicit s̄m Jac. de are. quod si est notoria quod non est necesse allegare.
vt. l. j. in fine. ⁊. l. emptorem. in prin. ⁊ de act. emp. ⁊. lege ea quidem. ⁊ quod ibi
not. C. de accu. ⁊ etiā quia non est necesse exprimi actio. vt lege edita. cum ibi
no. C. de eden. quod est verum si in illo loco agatur, vbi dicitur esse consue-
tudo: secus si est in alio loco: quia in alio loco non potest dici notoria: si autē
non sit notoria, debet allegari cum scit quid facit. quod est verum s̄m Bar-
to. si consuetudo est contra legem. quia nisi tunc allegetur, reus non potest
deliberare an cedat, vel contendat cū aduersarij intentio sit fundata in iure
ideo consuetudo est in libello alleganda. vt lege prima. ff. de eden. vel dic. qđ
si consuetudo sit causa petendi ⁊ concludendi in libello: ⁊ ideo in eo debet al-
legari vt ex eo sequatur conclusio que de iure communi nō sequitur: sed poti
us improbatur. Sed Ang. hic in ver. demum queritur cum intentetur s̄m
Cyn. determinat qđ nunq̄ expediat fieri mentionem d consuetudine in libel
lo. nam consuetudo non est medium immediatum ad conclusionem que sit
in libello: sed medium immediatum ipsius conclusionis, est factum quod in
libello deducitur ⁊ super quo consuetudo fundatur dispositiue. sed constat
quod in libello sufficit proponere medium immediatum conclusionis, omis
so medio mediato ipsius vt est videre in libello rei ven. in quo proponitur
rem spectare ad actorem iure dominij: quod est medium immediatum rei vē
di. nec expedit proponere titulum ipsius dominij. scilicet ēptionis ⁊ permu
tationis licet aliud postea in probationibus expediat iudicium deduci, si
ipsum dominium negetur: ergo sic erit in consuetudine que est medium im-
mediatum iuris, quod ex eo deducitur s̄m Cy. quod est subtile. ⁊ no. in pra-
ctica intantum ꝙ dicta consuetudo est articulanda ⁊ probanda. vt. i. dicam.
⁊ pars debet capitulo de consuetudine respondere, per verbum credit, vel
non credit vt dicit Bar. in dicta. l. de quibus. in versi. quero tamen. vtrum cō
suetudo sit ius. ⁊ Bald. in. l. ij. §. sed quod obseruari. C. de iur. cal. licet posi
tioni de iure quis respondere non teneatur. vt. l. ornamentorum. ⁊ ibi Bar.
26 ff. de au. ⁊ argen. leg. quia ius est notissimum ⁊ certum. ¶ † Quero an ne-
cesse sit quod consuetudo probetur: Bar. in. d. l. de quibus versiculo quero
nunquid consuetudo sit ius. dicit quod sic. vt. l. ij. C. que sit. lon. consue. Nec
dicatur ius notissimum per se. vt. l. late. ⁊. l. lata. ff. de verbo. signifi. quia dicit
illud verum in iure scripto: in iure non scripto non. quia sepe in eo etiam pe-
ritissimi errant. Et hoc sequitur hic Ang. in versiculo quero nunquid expe
diat consuetudinem probari. Sed Sali. in dicta lege de quibus. in versiculo
xiiij. quero an sit necesse quod consuetudo probetur. dicit Pe. tenere quod
non debet probari, sed de ea allegata iudex informabit. quia de iure scripto
se informat in camera libros inspiciendo: quod dictum dicit posse tolerari
in consuetudine notoria arg. eius quod no. glossa. i. l. prima. C. si aduer. liber.
In non notoria, debet probari: quia est incerta: ⁊ consistit in facto. argu.
not. in. capitulo primo. de consti. in. vj. per tex. in. l. j. C. que sit lon. consue. ibi
probatis his. ⁊ ibi causa cognita, ergo parte citata ⁊ plena probatione prece
dente. vt lege in cause. §. causa cognita. ff. de mino. Non obstat ratio Pe.
q̄ loquitur in iure scripto, quod est clarum ⁊ certum. vt not. gloss. in. l. fina. C.
27 de legi. ¶ † Quero, quot testes requirantur ad probandum consuetudi-
nem: Salice. in. d. l. de quibus. in versiculo quero tunc. xv. quot testes. dicit
28 quod duo sufficiunt. vt lege vbi numerus. ff. de testibus. ¶ † Quero quo-

modo ꝛ qualiter probatur.ꝛ Sali.in.d.l.de quibus.in ver.quero tũc.xvi.qualiter ꝛ qũo.alle.glo.in.l.cum de cõsuetudine.ff.de legi.ꝛ in rub.C.q̃ sit lon.cõsue.q̃ dat plures modos:ꝛ inter alios,qđ si quis cõsuetudinem allegauit:aduersarius ꝯdixit:iudex vero cõsuetudinẽ esse approbauit ꝛ pnuntiauit:ꝛ tunc hoc pbãdo sufficit.Sed Jac.ꝛ Bal.hoc impugnant:q2 ista declaratio aliis non preiudicat.sed Marti.de fano ꝛ Mar.similiter.defendunt glo.ꝛ Guil.de cu.sed Sali.concludit attendenda esse verba glo.vcz qđ glo.nõ loquitur quod fuerit semel tm̃ iudicatum consuetudinem esse. sed addit quod ꝛ aliis multis vicibus sic obtinuit.vñ dicit quod si pluries fuit iudicatũ quod glo.vult quod probatis actibus illaꝝ pronuntiationum, fit probata consuetudo.ꝛ hoc dicit verum,probato ꝙ in notitiã ppli nõ reclamantis deducte fuerint.¶ Secũdo mõ probatur .q2 perpetuo sic est obtentum,sine ꝯditione vt not.ff.de leg.l.si de interpretatione.ꝛ iste modus cõcernit maxime act⁹ extraiudiciarios.Sz vnũ no.ꝙ testis interrogatus de ista cõi obseruantia,dz in redditione cause tale quid dicere,ꝙ concludat hanc obseruationẽ factã in diuersis ꝛ plurib⁹ actibus,ꝛ casibus. ita ꝙ frequẽtatio casuũ pbet.Itẽ ꝙ pplo vel maiori parte ppli sciente,ꝛ patiente,ꝛ tẽpore decẽnii curso: als nõ est pbata cõsuetudo nisi oia pdicta capulatiue deducantur,ꝛ pbent:ꝛ p testes attestent.qđ no.q̃ fit hoc difficile bene cõprehendere in practica.¶ Quero an testis debeat rñdere qb⁹ psentibus:rñdet Pe. in.l.ii.C.sit lon.consue.ꝛ Sali.in.d.l.de qbus.in ver.sz nunc dubitat.an sit necesse qđ non debet dicere oẽs: sed dz dicere pluralitates sniaꝝ:ex quibus iudex poterit ꝯiecturari ꝛ psumere:an venerit in notitiã maioris partis ppli,necne.vt.l.j.C.q̃ sit lon.consue.facit.l. nõ omnis.§.a barbaris.ff.de remili.Sed Ange.hic. in ver.sed q̃ro.qũo ipsa consuetudo probatur.finaliter idem tenẽdo cõcludit.qđ pars volens pbare ꝯsuetudinẽ,dz offerre se probaturã tria.vcz vsum, ppli frequẽtiã cũ diuturnitate illius actus vsus.Nam ex his tribus resultat consensus q est cã mediata consuetudinis ꝛ ponendo praticaz in hac probatione,qũo debẽt deponere testes,dicent ꝙ viderunt vti in hac ciuitate ꝙ primogenitus totam hereditatem habuit.ꝛ ꝙ viderũt semel iudicari psentib⁹ cẽtũ hominib⁹.Itez ꝙ viderũt alia vice hoc iudicari presentibus ducentum hoĩbus.nã tunc iudex videbit si isti trecentum hoĩes faciant maiorem partem ppli.deinde successiue queret iudex a testibus,q̃tum tempus est quod viderunt predicta.Et si deponerent de decennio.tunc probata erit ꝯsuetudo q2 probata sunt tria expedientia ad consuetudinem:vt ptz per predicta.ꝛ istam dicit Ang.fore veritatem reiectis aliis opi.¶ Querit hic Angel. in ver.sed pone quod duo testes deponerent se vidisse presentibus tot hoĩb⁹ qui oẽs simul vniti faciunt maiorem partem ipsius ppli.nunqd ex hoc sit probata consuetudo:ꝛ doc.dicunt qđ sic:per glo.sing.in fili in l.ob carmen.§.peñ.ff.de test. Uide igitur tu lector in practica q̃tum sit difficile probare consuetudinẽ: maxime in pplo vniuerso:vt est Bononie:quia(vt dixi) opus est vt probetur qđ vniuersaliter transiuit in notitiam maioris partis ppli.als non est probata consuetudo.vnde cum hoc sit quasi impossibile.quia maior pars ppli Boñ.Flo.vel Ferra.non vadit in palatio, quando snie proferuntur.ꝛ sic videatur tali modo impossibilis probatio consuetudinis:ne angustetur materia probationum.vt.l.qm̃.C.de hereti.Crederem ꝙ lz tẽpore quo snie ferunt computatis omnibus vicibus,maior pars ppli nõ fuerit psens.Si tñ lata snia, postea in plateis,ꝛ locis publicis,ꝛ in concilio generali hoc dicatur:ꝛ sic per spatium temporis deuenit in notitiã ppli, vel maioris partis,tali casu ista probando probata est consuetudo.q2 non requiritur snia certo tẽpore.nec collegialiter:quia nõ est qd cõe, vt vniuersis igit ꝛc.facit.l.per fundum.ff.de.ser.ru.pre.l.fin.
29 com.pre.ꝛ no.in.l.qđ maior.ad muni.cog.¶ † Quero an consuetudo liget absentes.ꝛ Bal.in.d.l.de quibus.in versiculo.iii.queritur an consuetudo liget ꝛc. dicit qđ sic.arg.no.in.l.si.ff.de decre.ab or.fa. Nam in presentibus residet ius condende legis:ergo ꝛ consuetudinis inducende.facit quod habetur in aut.de ali.ꝛ
30 emphi.i predictis.¶ † Quero an liget forẽses.Bal.

a ¶ Sz naturalia. iste.§.tripliciter pt itelligi:vno mõ,vt faciat differẽtiã interius naturale,qđ est cõmune oĩbus aĩalib⁹,qđ est imutabile.ꝛ ius ciuile cuiusq3 ciuitatis:ꝙ est mutabile.Ecce eñ ciuilia iura,ꝛ statuta alicui⁹ ciuitatis romane vel alterius tollunt p nouã cõsuetudinẽ ꝯriã:alio mõ pot intelligi.vt differẽtiã faciat iter iusgẽtiũ: qđ est cõmune oĩbus hominib⁹ ex vna parte:ꝛ ius ciuile ex alia parte. ¶ Extra casuz nota.qđ iura naturalia,vel gẽtiũ imutabilia sunt sz ciuilia iura mutari possũt ꝛ sunt mutabilia.

in.dicta lege de quibus in versi.iiii.quero an consuetudo et cetera . concludit aut cõsuetudo est permissiua.ꝛ extẽdit virtutẽ suã ad oẽs:q2 vtẽdo cõsuetudine ꝯsentiũt in ipsa.vt.l.j.C.de emã.li.Aut est ꝯsuetudo cõpulsiua vel pbibitiua,vel penalis:ꝛ tũc refert.nã si q̃ritur vtrũ imediate liget:dic ꝙ nõ:aut mediãte aliq̊ facto,vel delicto intra territoriũ cõmisso.ꝛ tũc liget:q2 cõsenti
31 re vr q delingt in aut.de nõ alie.§.q2 vero verosile.¶ † Quero.an cõsuetudo liget infantes ꝛ furiosos:ꝛ Bal.in.d.l.de quibus.in v.ii.q̃rit an cõsuetudo liget:dicit ꝙ nõ:q2 nõ ꝯsentiũt:nec tenent consentire.Cũ g̃ ad eos nõ porrigat cõsensus:nõ porrigit etiã ad id qđ ex cõsensu sequit q2 a q̊ remouemus cãm vel originẽ rei:remouem⁹ ꝛ ipsam rẽ.vt no.in.l.ii.ff.de iur.om.iudi.Sz Sali.in.d.l.de qbus.in.ver quero decimonono an consuetudo liget.alie gl. in.l.ii.C.q̃ sit lõ.cõsue.que tz ꝯriũ.qđ imo ligantur ad instar legis scripte que eos ligat vt.l.diu⁹.ff.de offi.psi.ꝛ.l.pe.in si.ff.de pari.ꝛ tñ nõ inest consensus eorũ:q2 sensu carẽt.vt.ff.loca.l.q ad certũ.sed in cõsuetudine,sufficit qđ sit inducta a maiori parte habiliũ.facit.ff.ad muni.l.quod maior.ꝛ habiles sunt q cõsensum habẽt ꝛ prudẽtiã.vt.l.j.ff.de le.Ex consensu eñ prudẽtiũ inducitur.vt.d.l.de qbus .ꝛ.l.qđ nõ ratione.eo.tit.ꝛ dicit ꝙ hec est cõis opi.sz lz ligent cõsuetudine,tñ pter hoc nõ tollit eis bñficiũ restitutionis cõpetens: pter minorẽ etiã fm Guil.vt puta si statuto vel cõsuetudine dicat, qđ decept⁹ vltra dimidiam iusti precii,non possit rescindere vẽditionẽ,vel petere pcium suppleri.tñ minores non prohibentur petere restitutionem in integrũ arg.vt gradatim.§.sed si lege.ff.de mune.ꝛ hono.
32 ✻ ADNOTATIO.† Cõsuetudo que rez afficit ligat minores.l. fine herede.§.Luci⁹.vbi Bar.notat de administratione tutor.in pãdectis,ꝛ an ꝛ qñ cõsuetudo liget minores diffusi⁹ tractauit Bar.i.l.cõsuetudinis.col. vndecima,versi.32.q̃ro an,q̃ sit lõga cõsuetudo.C.ꝛ notaui,in dicta.l.de qb⁹ versi.concludo primo numero.306. Antonius Caius.
33 ¶ † Quero an femine possint cõsuetudinẽ iducere p eorũ vsuz.ꝛ bar.p illũ tex.in.l.j.ff.de legi.tz qđ non:q2 condere leges siue statuta,ꝛ inducere cõsuetudinẽ iudicant a pari.vt.d.l.de qbus.ergo sicut si possunt cõdere leges eo mõ
34 vsus earũ nõ pot cõsuetudinẽ inducere.vt.d.l.j.¶ † Quero an mala cõsuetudo prescribat:ꝛ clarũ est qđ nõ prescribit.x.vel.xx.annis:vt in aut.vt nulli iudi.§.i.sed an prescibat spatio.xxx.annorũ.Quedã glo.videt dicere qđ sic.i.l. pdiorũ.C.de agri.ꝛ censi.li.xi.Sed Bal.in tit.qualiter olim.feu.po.alie.c.j. in prin.dicit fm Pe.qđ cõsuetudo a iure reprobata,nunq̃ prescribit:q2 cõtra autoritatem superioris non prescribit.vt aut.nauigia.C.de fur.intantum qđ illicita consuetudo,q̃uis iurata nunq̃ prescribit.etiã tanto tẽpore cuius initii memoria nõ existat in ꝯriũ.vt est casus in.c.j.de cõsue.i.vj.qđ not.ideo aut cõsuetudo est ꝯ statuẽtem:aut contra rem statutã a principe,vel superiore. Primo casu non valet nec prescribi pot.sicut pactum ipso iure nullum, tẽpore non cõualescit.Secundo casu pscribitur spatio.xxx.an.vt dicta glo. Sed si cõsuetudo loquitur de casibus decisis,sufficiunt.x.vl.xxx.anni. vt.d.
35 l.de quibus.qđ not.¶ † Quero qñ reperiuntur cõsuetudines contrarie:q2 alia viget in foro rei:alia in foro actoris:que est attendenda . dic quod illa q̃ est in foro rei,vt est gloss.xii.q.iii.c.illud.quod non est mirum:quia debet attendi statutum fori,in quo iudicium agitur quo ad ordinem procedendi. vt not.in.l.ii.C.quemadmodum testa.aper.¶ Quero si in ciuitate est vna cõsuetudo:in suburbiis alia:an i factis in suburbiis sit seruãda cõsuetudo suburbiorum:dicas quod non:sed consuetudo ciuitatum est seruanda vt lege titius.§.que rome.ꝛ ibi Bar.ff.de execu.tuto.Et pro hoc facit quod dicimus de statuto ciuitatis quod non tantum in suburbiis,sed in toto suo territorio ꝛ castris est seruandum:vt lege ex ca.cum glossa ꝛ ibi Bartolus ꝛ doc.ff.de postu.¶ Quero cum in legibus fiat extensio de vno casu ad alium.vt lege non potest.ff.de leg.ꝛ in statutis.vt plene dixi.s.eodem.§.primo. an trahat consuetudo de vno casu ad alium:dicunt doc.quod non extenditur ad casuz
36 nõ expressum:vt.l.j.§.iulianus.ꝛ ibi not.ff.d iti.actuq3 priua.¶ † Quero an ex consuetudine possit induci quod ex ea auferatur de iure vnius ꝛ detur alteri :dic ꝙ nõ nisi ex causa.quia etiaz princeps non posset sine causa auferre ius alterius.vt.l.lucius.ff.de euict.ꝛ.l.item si verberatũ.ff.de rei vendi.ꝛ not. plene Bar.in procmio .ff.in.gloss.j.doct.in.l.fin.ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.ꝛ facit.l.venditor.§.constat communia prediorum.ꝛ ibi dominus meus dñs Flo.¶ Unum tñ cordi teneas in pratica.qđ aliud est deducere in capitulis:vcz ita fieri solitum est:q2 tunc sufficit probari factum esse semel tantũ ꝛ aliud est deducere,sic est consuetũ fieri.q2 tunc requirit pluralitas actuũ: als aũt succũberet.iste est tex.glo.ꝛ Bar.i.l.mella.§.j.ff.de ali.ꝛ cib.leg. qđ not.ꝛ nũq̃ exeat mẽtẽ tuã.q2 nõ ponas sic est consuetũ fieri.sz semper vtaris his verbis,ita est solitum ꝛc.

SVMMARIVM.

1 Ius naturale in aliquibus eius speciebus,est mutabile.

a Sed naturalia.[a] Jus naturale est immutabile:sed ius statutarium mutatur quandoq3 per aliud ius:quandoq3 per contrariam consuetudinem.hoc dicit.¶ Not.quod ius naturale, vel gentiũ non potest mutari.ꝛ ad hoc allegatur.¶ No.qđ ius ciuile.pot ꝯrio iure tolli.¶ No.qđ ius ciuile expsso cõsensu,ꝛ etiã tacito pt tolli.¶ No. ꝙ nihil est tã naturale,qđ eo vinculo q̊ ligatũ est nõ dissoluat.¶ No.qđ eadẽ potestas requirit in dissoluendo,q̃ requiritur in inducendo.¶ Not.quod ius naturale videtur esse constitutum, quadam prouidẽtia diuina.¶ In gloss.i.in

gl.j.in fi.dic q quelibet lectura est vera. Nam ius naturale,⁊ ius gentium est immutabile,per ius ciuile.⁊ facit.l.nã magistratus.ff.de arbit. ¶ In ea.gl. ibi bonum ⁊ equum. Ista gl.voluit dicere q ius (inquãtũ in se est virt⁹) nõ mutatur:q̃ semper vniformiter viget.vt dixi de iustitia.s.tit.j.in prin.q̃ est semp cõstans,⁊ perpetua volũtas.sed inq̃tum descẽdit in mẽtes hoĩm:tunc corrumpit̃:⁊ desinit esse ibi ius naturale.i.illa virtus naturalis. Et ita dicit Dy.de iustitia. ¶ In ead.ibi.§.quod autẽ.qd est cõtra.sed hec rñsio inq̃tũ respicit dictũ.§.qd aũt.est cõtra.l.iura sanguinis.ff.de reg.iur. ¶ In ea.ibi: sed ius succedẽdi.dic hec vera. ¶ In e.gl.in fi.alibi vero gl.dicit,q licet ius naturale in suo genere sit immutabile:vt hic:tñ quandoq̃ in aliquibus eius speciebus mutat̃.vt in cõtrarijs.⁊ hoc no.glo.in.l.manumissiones.ff.eo.⁊ in l.ius ciuile.in.j.rñsione quã facit ad hũc.§.vel dic.qd nõ potest destrui:sed modificari,declarari,⁊ ex prouisione adiuuari.sicut videmus in matrimonio,quod est de iure naturali,s.eo.in prin. Et tamen modificatur ex causis,et impedit̃:⁊ minuitur per ius ciuile:⁊ canonicũ.vt patet.C.⁊.ff.de nup.per totũ.⁊ idẽ de iure diuino.q licet tolli nõ possit p legẽ inferiorẽ:tñ in casib⁹ singularib⁹ modificat̃,⁊ declarat̃,⁊ alterat̃ prouisionibus.extra de cõuer.cõiu. c.verũ.de de spõ.impu.c.cõmissum.vel dic.q ius naturale nõ mutatur per cõstitutiones humanas:tñ cõstitutiones faciũt perinde haberi,acsi esset mutatũ.vt patet in simili.ff.de vsufru.ea.re.que vsu consu.l.ij.ẽm Ioan.fab.hic facit quod not.Bar.in.l.oẽs populi.circa prin.ff.de iust.⁊ iur.dixi.s.eo.§.j. ¶ In glo.in ver.tacita.in fin.no.⁊ signa glo.q lex,statutũ,vel ɔsuetudo,nõ tollitur tacito cõsensu populi tãtũ:sed requirit̃ ad hoc vt tollat̃,ɔtraria ɔsuetudo:vel ɔ̃ria lex. Dic de hoc.vt dixi.s.in pemio.§.igit̃ post. ¶ Ex.§.isto cũ glo.j.not.q ius naturale est immutabile.qd intelligit̃ in sui gñalitate:sed in sui specie.⁊ in certis casibus,aliter obseruatur:vt in seruitute,emancipatione,⁊ vsucapione.⁊ hoc expresse tenet glo.in.c.a nobis.extra de deci. Item ea que sunt de necessitate nature,non mutantur.vt hic.sed ea que sunt ex p̃sumptione nature.vt q leo presumatur ferus:⁊ homo mãsuet⁹:mutari possunt:vt.l.j.§.bestias.ff.de postu.⁊ ibi Barto.⁊ per Dyn.in regu.semel malus.de regu.iur.lib.vj.⁊ dicam.j.de rerum diui.§.pauonũ.⁊ in his q̃ sunt de presumptiõe nature,q̃ mutari possunt:magis inspicitur accidẽs,q̃ natura. ¶ Et ista inducunt̃ ad qõnẽ,cõcesse sunt represalie cõtra ferrariẽses,nõ poterit capi ferrariẽsis qui nõ morat̃ in terra originis naturalis:sed ex accidẽti mutauit domiciliũ:nisi Ferrarie subiret onera per se,vel per patrez,vel fratres.licet ipse alibi habitaret.de quo tñ latius per Bart.in trac.suo represaliarum.in.vj.q.principali.⁊ in.d.§.bestias.

SVMMARIVM.

1 Ius ciuile est tripartitum.
2 Dignior,semper est præferendus.
3 Votum suum quis primo loco debeat dare.
4 Præcessus si contendatur inter duas mulieres quæ illarum debet præcedere.
5 Testibus antiquioribus magis creditur.
6 Senis vmbra plus valet quàm sensus iuuenis.
7 Aduocatus iuuenis est litium confusor.
8 Scholaris iuuenis doctus præfertur seniori indocto.
9 Donans omnes possessiones suas an immobilia contineantur?
10 Donans quicquid habet in domo quid contineatur?
11 Homines mei an contineantur appellatione rerum mearum?

a
1 Omne autem ius. [a] ¶ †No.qd ius ciuile,est tripartitũ.q̃ ad psonas,res,⁊ iura:ptiet. ¶ No.q dignior est preferẽdus. ¶ Not.qd frustra inuestigat̃ de effectu:nisi prius noscat̃ illud,ad cui⁹ instãtiã dict⁹ effect⁹ pcreat̃. ¶ No.q ppter psonas oĩa ɔstituta sunt:sicut ppter hoĩem,Deus oĩa creauit. ¶ Quero qualr̃ ius ciuile pertineat ad ista tria.dic qd gl.in.l.j.ff.de stat.ho.dicit q pertinet ad psonas.s.qualiter psone acquirant:alienent:conseruent,⁊ amittant:ad res qualiter alienentur.acquirantur.conseruentur,⁊ amittantur. Ad actiones,qualiter nobis cõpetãt:⁊ qualiter cas⁹ proponere debeamus. Et facit iste text.si quis donat Titio res:an videatur donasse iura,⁊ actiones.⁊ videt̃ q nõ.per istũ tex. Sed in cõtrarium est glo.no.in.l.j.ff.de sta.ho.que vult q appellatione rei gñalis,cõprehendãtur iura:⁊ etiã actiones.facit.l.j.ff.si cert.peta.⁊ hoc vult Bar.⁊ Guil.in.d.l.j.ff.de sta.ho.secus si diceret,res suas.⁊ sic su⁹ sua suũ ⁊ meũ,denotant dominiũ.vt.l.seruos.ff.de leg.iij.q non potest contineri in actionibus:q̃ actiones non sunt mee.vt.l.rei.in princ.ff.de lega.iij. ¶ Item facit.q si quis errãdo in personã receptauerit bãnitũ cõtra phibitionẽ statuti:an incidat in penam.⁊ facit q nõ:quia parũ est noscere statutũ qd ita punit:si persona cui⁹ causa tale statutũ factũ est ⁊ si factũ ignorat̃. Et ita tenet Cy.⁊ Bal.⁊ alij in.l.quicunq̃.C.de ser.fug.⁊ Bar.in.l.j.ff.de rece. Et statutũ illud patietur interpretationem de receptãte sciẽte:ne quis penã indebite sustineat.facit qd no.Bar.in.l.j.§.nũtiatio.ff.de no.ope.nun.⁊ dixi
2 s.in.§.j. ¶ †In glo.fin.in fi.facit.l.q si est vna res communis inter plures,⁊ nõ potest stare nisi penes vnum q digniori concedenda est. Itẽ facit q ⁊ testibus pluribus deponẽtibus in pari numero,digniores sunt preponẽdi. vt.l.ob carmẽ.§.j.de testib. ¶ Itẽ facit qd in capitulis collegijs ⁊ alijs vniuersitatibus,semper dignior est preferendus.
2 ADNOTATIO.†Quis primo loco debeat votum suum dare,scripsit Mattheus ab afflictis in decisioni.suis neapolit.,decisio.j.colũ.

a ¶ Omne aũt ius.in hoc.§.de iu.ciui.tractat̃.⁊ sic de tertia parte rub.⁊ dr̃ q tñ nostrũ ius ciuile diuidit̃ in tres partes. In pma parte tractat̃ de psonis. In scda de reb⁹. In tertia de actionib⁹. Scdo dr̃ pmo videamus de psonis, anteq̃ de dignitatib⁹.⁊ reddit̃ rõ quare pmo de psonis est vidẽdũ:que ratio talis est,q̃ nihil pdest scire iura,nisi pmo scirem⁹ de psonis,⁊ conditionib⁹ psonarũ.quarũ psonarũ cã seu grã,⁊ earũ fauore,iura cõdita ⁊ cõposita sunt. Et not.§.optimum.
¶ Itẽ not.qd de psonis tractat̃ in toto isto primo libro:circa quas psonas ponunt̃ tres diuisiones. Pria infra.§.j. Scda.j.de his qui sunt sui vel ali.iu.ĩ pnc.de reb.tractat̃ i.ij.lib.j.de re.diui.⁊ i.iij.li.vsq̃ ad ti.d obligatiõib⁹.circa q̃s res ponit̃ sir̃ triplex diuisio.pma.j.de re.diui.ĩ pnci.vbi dt.alie sunt in nr̃o pr̃imonio.alie extra nostrũ patrimoniũ.scda q̃ alie natiões ⁊c.vt.e.ti.de re.di.§.j.tertia.j.de reb.cor.⁊ incorpo.in pnc.⁊ ẽt tractat̃ i pdicto ti.de re.diui.⁊ in seqnẽ.qualr̃ acquirantur rerũ dñia de iure gẽtium.⁊ qualr̃ de iure ciuili.de actionib⁹ aũt,⁊ ear materib⁹.s.de obligationib⁹ ⁊ etiã actibus crialib⁹ priuatorũ ⁊ publicorũ delictorũ:tractat̃ j.de obl.cũ seq.tit.vt.j.de publ.iudi.Guil.accu.

4 ij.versi.fuit dictum.nume.vij.†⁊ si contendatur inter duas mulieres nobiles de precessu,que illarum debeat precedere in ecclesia vel alibi:notauit Ioã.fab.infra de ho.pos.§.cumq̃ antea.Ant.Caius.
Et aliquando dicitur dignior,propter antiquitatẽ:si primo fuit adeptus dignitatẽ in capitulo.iuxta no.p Inn.in.c.j.de ma.obe.no.Bart.in.l.j.vbi videas.ff.de albo scri.
5 ADNOTATIO.†Hinc testib⁹ antiquorib⁹ magis credit̃ gl.ĩ v̱bo nõne,⁊ bar.i.§.cũ qd d re.cre.in pã.⁊ ibi multa pulchra notaui,⁊ p pmissis facit:qd voluit Ang.i.l.seuiũ.q test.fa.pos.c.dicẽs†;q
6 plus valet vmbra senis q̃ sensus iuuenis.ad idẽ Fely.in.c.si qui test.col.pe.extra de testib.addit Ange.
7 in.l.j.§.pueritiã,de postu.in pãd.†q aduocatus iuuenis,est litium confusor.premissa intellige,in ceteris data paritate,al's secus hinc dicunt scrib.in.d.l.cum
8 quid†q scholaris iuuenis doct⁹ prefertur antiquiori indocto.Anto.Caius.
Aliquando dicitur dignior,qui magis virtuosus est.vt est text.in aut.de statu.mona.§.penulti. ¶ Et etiam facit:statuto cauetur,q minor non possit contrahere,sine cõsensu propinquorũ:⁊ habet plures ppinquos eodẽ gradu:⁊ cõtradicũt.statur dignioribus.⁊ vide dominũ meũ do.Flo.in.d.l.j.ff.de fid.instr. Si autẽ dono tibi oẽs res meas.nunquid videar donare nomina debitorũ meorũ:⁊ videtur q sic.vt.l.si legatus.§.j.ff.ad treb. In contrarium facit.q̃ illud est meũ,quod vendicare possum.l.quintus.§.ergo̱ẽto.ff.de aur.⁊ arg.leg.sed actio realis,non potest vendicari.vt institu.de actio.§.igitur ⁊c.⁊ hoc verius.secus si dixisset.res ad me pertinentes:quia verbum res est verbum generale:⁊ etiam pertinere.vt.l.j.ff.si cer.peta. Item si dico dono omnia bona que habeo:nã habere dicimur,etiam q̃ actionẽ habemus.vt.l.actionem.ff.de reg.iur.secus si dicatur dono quicquid habeo Perusij.nã locus nõ circunscribit istas actiões.
9 ff.de lega.ij.l.caius.in princ. ¶ †Quero si dixi dono omnes possessiones meas an mobilia (vt libri) vel se mouentia (vt equi ⁊ boues) contineantur:dic q non. ex cõmuni vsu loquendi.vt.l.si.C.de compẽ.per Cy.
10 ¶ †Sed si dixi dono quicquid habeo in domo:an veniat frumentum,merces venales,vel frumẽtũ venale:⁊ videtur q nõ sicut nõ venit in legato.vt.ff.de vsufru.leg.l.generali.§.vxori.nisi aliud frumentũ ibi nõ sit.vt.l.fundus qui locatus.ff.de fund.instru.⁊ instru.leg. ¶ In cõtrarium facit.ff.de pig.l.cũ tabernã.de ver.obli.l.quicquid astringẽde.in.ij.respõso.et hoc verum dũmodo existẽtia ibi sint ipsius testatoris q̃ v̱bo gñali,solũ ius suum donare videt̃.vt.C.de
11 leg.l.vxori patrui. ¶ †Sed nunquid [b] nomine rerum
b mearũ cõtineant̃ homines mei:⁊ vr̃ q non,q̃ personarũ ius est distinctum a iure rerũ.vt hic. In ɔ̃rium videtur de leg.ij.l.oĩa.§.cum ita.qd est verũ.nisi sint sanguine cõiuncti.nã in generali sermone,non presumitur quis loqui contra illos de suo sanguine.argu.l. obligatione.de pig. ¶ Vnum tamẽ no.quod in vniuersali dispositione dictio mea.non restringitur ad vniuersale dispositum.ex quo sequitur,qd si dico gregem meum.etiam alia capita includunt̃:que sunt de numero gregis.de rei vend.l.marcellus.sed in generali dispositione restringuntur:vt dono omnes seruos meos.vt.ff.de lega.iij.l.seruos suos.sed quando rei certe apponitur dictio ista:ponitur magis demõstratiue ⁊ assertiue:q̃ in modũ limitationis.vt cum dico,dono tibi stichum seruum meũ.⁊ hec adiectio non minuit cõtractum:vel legatũ certe rei.l.stichum qui meus erit.de leg.j.nisi ponatur in vim conditionis:q̃ conditio semper restringit dispositionem.vt ibi patet. ¶ Quid si dico dono quicquid habeo in bonis.⁊ habeo vsumfructum formalẽ:an videar donare commoditatem eius:⁊ videtur q nõ:vt.l.j.ff.de vsufru.leg.q̃ illud qd non est aptũ esse de proprietate.vt vsusfructus formalis:nõ dicitur proprie in bo-

ADDITIO.
b ¶ Sz nũqd. Tu adde bal.in l.j.ff.de sta.ho.⁊ ad illd vltra eũ alie bonũ tex.in.l.donãtẽ.C.de vsuc.pro dona.

a ¶ Ingenuus. Nota quod titul' iste totus est bonus. Continuatio istius rub. patet ex fine superioris tituli. hic titulus diuiditur in.vij.partes. In prima parte dicitur q si aliquis nascitur ex patre & matre ingenuis, siue ex patre & matre libertis, siue nascatur ex vno ingenuo & altero liberto qd nihilominus ingenuus est ab ipsa natiuitate. Secundo dicit idem est, i. qd est ingenuus si nascat ex p̄re suo & matre libera. i. ingenua vel liberta. qr ingenu' est idē qd liber ēt libert' est seru' effect' liber p manumissionē. Tertio dicit ibi, 7 dē. s. q qs ē ingenu' si nascatur ex libera matre, & certa & īcerto p̄re. vt is q nascitur ex meretrice ille est ingenuus q nascit ex matre libera si libera fit: & incerto patre. qr ignorat qs sit eius p̄r. qr cui p̄r, p pls est, p̄r ē sibi null'. Quarto dicit qd si mater fuerat libera tpe quo peperit, q̄uis fuerit ancilla tpe q̄ grauida erat, tn̄ is qui ex ea nascit est ingenu'. i. liber. qr ingenu' est q vt statim natus est liber est: & nō dubitandi erat. qr videbat q nat' ex ea esset seruus. qr q̄n ipsa illū cōcepit, erat serua: sed decidit in contrariū. Quinto dicit q idē est econtra vt si q̄n ipsa illum pariebat erat libera, & q̄n ipsa illum concepit erat serua: qd nihilominus ipse est liber. Sexto dicit. quid aūt dicemus si tpe quo concepit, an vera erat ancilla: & tunc fuit manumissa: & aliquo tēpore stetit in libertate postea facta est ancilla de nouo, ita quod tempore partus inuenitur similiter ancilla: an is puer q nascitur ex ea erit ingenuus idest, liber: & dicitur qd sic: quia sufficit ei qui in vētre est &c. vt in tex.

ADDITIO.

b ¶ An autem delictum patris noceat filio, vltra remissiones hic traditas. Addo Panor. in capitulo q̄suit. de his q̄ fi. a ma. par. cap. Et an noceat q̄ ad feudū vide plene p Abb. i. c. ex pte. d feu. p Dy. in reg. nō dz de reg. iur. l. vi. & bart. i. l. eū. ff. de interdi. & rele. & in. l. iusiurā. §. si liberi. ff. de ope. liber.

sui vel alie. iu. Aut capti nondum sunt inducti in presidia nostra, vel nostrorū amicorum. & tunc licet eos occidere: qr adhuc sunt hostes. vt. d. l. postliminij. in pn. sed hostes licet occidere. vt. l. minime. ff. de relig. igit &c. Et qr multa possent interim occurrere, quod aut ipsi fugerent vel nobis possint obesse. arg. l. in laqueū. ff de acqui. rerū domi. ¶ † Quero an hodie capti efficiātur serui. Bar. in. l. hostes. in fi. dicit qd si sunt due ciuitates, que nō recognoscūt superiorē, que inferāt sibi inuicem bellum: qd de iure capti deberēt effici serui. Sed de antiqua cōsuetudine, hodie inter christianos hoc non seruatur quo ad personā: qr non possent vēdi nec possunt dici serui, licet quo ad res, iura cōia seruentur: que consuetudo est seruanda. vt. d. l. postliminij. qd est notandū. qr semel vidi in practica. ¶ † Quero de bānito nostri temporis qui habetur pro hoste ciuitatis, eo ipso qd inducit sibi bellū. q possit impune occidi. vt. l. amissione. §. q deficunt. ff. de capi. di. qd si est captus liceat occidi. Rn̄. si est captus a familia officialis, nō pōt occidi: qr effectus seruus est: ideo dz cōseruari. vt hic sed anteq̄ capiatur, pōt occidi. Ita dicit Ia. de are. & bar. in. l. ij. §. fi. ff. de sica. vbi videas. & l. in laqueū. ff. de acqui. re. do. Sed q̄n captus est a priuato vel nondum captus est: sed vadit ad iudicē. & q̄n est an conspectum iudicis: vel anteq̄ ad iudicem puenerit, est tn̄ in motu eūdi ad iudicē: an possit occidi. Istas questiones posuit Bald. in. l. libertas. ff. de sta. ho. de quo ego scripsi in meo tract. malefi. in versiculo fama publica precedente. dic vt ibi. ¶ In glosa. maior xx. annis &c. ibi ingenuus quis esse dicitur. l. ij. ¶ No. quot requirantur ad hoc, vt liber homo possit se vendere. Idē no. glo. in. l. & seruorū in prin. ff. de statu ho. ¶ In ea. glo. ibi quia nō est mutāda tanta solennitas. ¶ No. glo. quando p̄hitur cum minore, cū magna solennitate: vt qr interuenerunt ad consentiendum amici & coniuncti minoris: & forte etiā iudex: q minor nō presumitur lesus: & sic non restituendus: vt no. in. l. trāsactionem que dīj. C. de transac. & facit. lege interposi tas. & quod ibi no. eo. tit. & quod eleganter no. Bar. de filio p̄bente cum patre. in. l. frater a fratre. ff. de condi. inde. in ver. tertio quero quid in cōtractu emptionis. ¶ In ea. glo. in fin. hoc est verum, si parens, coniunctus, vxor, vel affinis fuerit scientes: tpe quo liber homo venditus fuit tunc eorum scientia eis pIudicat: qd non possint vendicare: qr dicte venditioni videtur cōsensisse. secus aūt si fuerint ignorantes: quia eorum interest illum nō esse seruū: vnde pro eorum pprio interesse etiam p̄ voluntatem dicti venditoris possunt agere, & reduci facere ipsum in pristinam libertatem. ar. d. l. ij. & l. iij. ff. d lib. cau. ¶ Credo tn̄ quod sicut patronus restituit precium, q̄n vult vendicare libertum vēditū. vt. l. ij. fi qs inge. esse dica. Ita eodem modo pater vel affinis, ne emptor sit in damno emit cum tanta solēnitate ignorāter: al's esset decept' autoritate legis contra. l. gracchus. c. de adul. Et quod precium solutum sibi restituatur. & primo offerri dz. facit. l. empto rem. §. sicubi. & l. iulianus. §. offerri. ff. de acti. emp. et in ista materia, vt liber seruus efficiatur sunt hi versus annis. xx. iuuenem qui venditur esse. Et precio iuuenē quo venit pticipare. Rursus cum seruum cui vendit esse putare. & propriam scire qui venit conditionem.

SVMMARIVM.

1 Dictio multum, verificatur in tribus.

In seruorum. Inter seruos, non est differentia: vt vnus sit magis seru', q̄ alter. iter liberos differētie sūt multe. h. d. ¶ In glosa prima. ibi nam quedam sunt. Not. glos. que dicit quod aliqui serui sunt in dignitate. Sed contra. quia seruus nullam dignitatem habere potest. vt. lege generali. C. de tab. libro. xi. vnde dum glosa dicit quidam sunt in dignitate. dic in meliori statu. & opi. nō aūt in dignitate proprie. & sic nō ob. p̄riuz. ita soluit glos. ff. de vsufru. l. si qd. §. i. ¶ In gl. multe. ibi appellata non duo tm̄ &c. ¶ † No. qd 1 hoc nomē multū verificat in tribus facit glo. in. l. i. ad ter. & gl. in. l. defuncto. C. ad tert. vbi gl. dicit. q illa regula si vinco vincentē te &c. fallit in multis casib'. Et tn̄ postea, nō numerat nisi duos casus tm̄. Et sic vult quod verificet in duobus. vt hic text. Idē v̄r ter. i. de rc. di. §. singulorum. Nam ibi dr quod multis modis queritur nobis dn̄iū. & tn̄ duos modos tm̄ numerat. Sed posset rn̄deri. q qdlibet dictorum mēbrorum subdistinguit lz Bar. in. l. i. §. sz seri ptum. ff. ad sill. dicat quod verificat in duob', vel tribus. vt in tex. illo. qd not. Tu dic, qd pōt verificari in quadraginta, vel maiori multitudine. vt est tex. i c. latores. de cle. excō. de quo dic vt dixi in tract. meo malefi. in versiculo. pluribus & pluribus. Quid de verbo plurimis dicunt doc. qd requirit (ad minus) numerū triuz. vt. l. continus. §. item q insulā. ff. de ver. obl. ¶ Quid de verbo pluribus: dic qd ad minus regrit duos. Si aūt dicat geminate vt puta pluribus & plurib': tūc requirunt, ad minus, quatuor. vt no. Bar. in. l. gemina. in fi. ff. ar. fur. ce. que oīa nota perpetuo &c.

De ingenuis *Rubrica.*

a INgenuus. a In hoc principio imperator declarat mēbra diuisionis proposite in fi. precedentis tituli. §. Quia liberorum hominum & personarum quidam sunt ingenui: vt hic dicitur. & quidam libertini: de quibus. i. titulo proximo. Et totus hic ti. diuiditur in tres partes. Et primo ponit quis dicatur ingenuus. Et est q̄n tam patrem q̄ matrē semper liberos habuit. Secundo q̄n mater aliquo tpe fuit ancilla aliq̄ tpe libera. Tertio q̄ diu ingenuitas cōseruetur. secunda ibi: sed si quis. tertia ibi: cum autem. ¶ Et hoc dicit in summa hoc principium. Qui nascitur liber, dicitur esse ingenuus. ¶ Not. quod natus ex liber tinis tantum, est ingenuus. Adde tamen casum no. quod natus ex duobus seruis, est liber. quando ventri est relicta fideicom. lib. vt est casus sing. in lege cū iter. C. de fideicō. li. p̄z Io. fa. ¶ No. q ille dicitur īgenuus, q statim vt natus est, liber est.

SVMMARIVM.

1 Infortunium perentum, filijs nocere non debet.
2 Partus quo ad quæ sequatur patrem.
3 Filius legitimatus, quo ad dignitates, an sequatur patrem.

Sed & si quis. Iste. §. diuiditur in quatuor partes. Primo quando natus ex matre tantum libera, est ingenuus. Secundo quando sufficit matrem fuisse liberam tempore partus. Tertio quando sufficit q libera cōceperit. Quarto quando sufficit quod medio tempore fuerit libera. secunda ibi: sufficit. tertia ibi: & cōtra. quarta ibi: ex his. ¶ Et hoc dicit. Sufficit matrē fuisse liberā, vel tpe cōceptionis vel medio tempore vel tempore partus ad hoc vt natus sit ingenuus. h. d. ¶ No. quod licet pater sit seruus, tamen si mater est libera, est ingenuus. Rō est quia partus sequitur ventrem, quo ad statum. vt. l. partus. C. de rei ven. ¶ No. quod vulgo conceptus, dicitur ille qui patrem incertum habet: & sic. qui non pōt demonstrare patrē. ¶ No. quod in partu, sunt tria tempora consyderanda. vcz tēpus cōceptionis: tēpus quo in ventre portat. & tps q̄ nascit. l. si alienū. §. in extraneis. ff. de here. insti. & tūc illud tēpus inspicit in matre, qd sit vtili' partui ad hoc vt ingenuus nascat. ¶ No. qd † i fortuitū siue miseria & cala- 1
b mitas parentū non dz nocere filijs. ¶ An aūt b delictū, & pena parentum, afficiat filios. vide in. l. ij. C. de liber. & eoz li. & ibi doc. in. l. qsqs. & ibi glo. Cy. Bal. Sali. & Ange. C. ad legem iul. ma. & Bar. in. l. iij. ff. de inter. & rele. & br in. l. emancipatū. ff. de sena. dic vt in dictis iurib'. ¶ In gl. nascitur ibi de rei ven. l. partus. dic, qd hoc est vez q̄ ad cōditionem libertatis, vel seruitutis: sz quo ad originē & honores, semp sequit patrē. vt. ff. de sta. ho. l. cū legitime. & qd ibi no. ff. ad muni. l. i. dummō fuerit de legitimo mr̄imonio pcreat'. vt. ff. de. sta. ho. l. lex nature. & facit. C. de decu. l. ij. §. in filijs. li. xij. Caueas tn̄ qr h̄ nō obtinet in filio coloni, vel inquilini. sed in filio ascriptitij. vt no. gl. in. l. cū satis. §. fi. & l. fi. C. d agri. & cēsi. lib. xi. p̄z Io. fa. dic vt dixi. s. ti. i. §. pe. & add rō nē quam ponit Cyn. in. d. l. ptū. qre partus sequitur ventrē: qr quo ad libertatem leges inspexerunt, quod certius est sed mater semper est certa: iō eius
2 conditio inspicitur. facit. l. iiij. de in ius vo. ¶ † Quid de filio legitimato, an quo ad originem, & quo ad honores, & quo ad dignitatem sequatur conditionem patris, qui fecit ipsum legitimari: & Bal. l. cum legitime. ff. de sta. ho. dicit quod sic. quia legitimatio facit ipsum haberi in omnibus pro legitimo quo ad ius originis, & quo ad munera, & officia ciuilia. & no. glo. extra de elec. capitulo innotuit. & glo. in. l. lex natur. ff. de sta. ho. non ob. lex assumptio. ff. ad muni. quia debent intelligi de origine propria paterna, vel auita: non autem materna. ¶ Extra glo. contra istum tex. opponitur. Iste tex. dicit quod sufficit quod tpe partus mater sit libera: licet vt ancilla conceperit. Sed contra. ff. de sta. ho. lege Paulus. Sed respondeo, quod ibi loquitur de legitimatione que non est ita fauorabilis sicut libertas. igitur &c. qd not.

Manumissus

nõ est verum: q: nemo est dñs mēbro⁊ suo⁊um: vt.l.liber hō.ff.ad.l.aquil.in quo cõclude. aut quis se vulnerauit, vel mortem sibi cõsciuit: impatiētia dolo ris, aut tedio vite. Aut morbo, aut furore. ⁊ istis casibus, nõ punit: vt.l.iij.ff. de his q sibi mor. cõsci. aut hoc fecit metu lcris: ⁊ tūc. q: voluit se occidere, et nõ pfecit. capite punit.l.oē delictū.§.qui se. cū cõcor.ibi alleg.in gl.ff.de re

4 mili.⁊ facit.l.ij.cū gl.⁊ ibi doc.C.qui test.fac.pos. ¶ † Sed tūc quero.lʒ quis nõ possit se offendere, an possit alteri remittere pcussionē. Dic aut post illatā sibi iniuriā, ⁊ pōt ipsaʒ tūc tacite, ⁊ expsse remittere, ad sui piudiciū iuxta gl. §.de iniu.§.fi.⁊.l.si tibi.§.j.ff.de pac. nõ quo ad piudiciū reipublice, ⁊ fisci. vt gl.no.in.l.ij.ff.ad fil.Bar.in.l.j.in pn.ff.de iniur. aut ante q offensio fiat. ⁊ tūc an qs possit pmittere se pcuti. cõclude, qñq quis patit inferri in corp⁹ suū, id qd de iure pati nõ pōt: vt puta. aliqd per qd corp⁹ suū scindat, vel os frāgatur: hoc em̄ si sibimet faceret, puniret: vt.l.fi.§.si quis aūt.ff.de bo.eo.qui mor. sibi cõsci. Eodē modo nõ pōt alijs pmittere: q: nemo est dñs mēbro⁊ū suo⁊: vt.d.l.liber hō. facit qd not.gl.⁊ Bart.in.l.interdū.§.q furē.ff.de furt. Qñq qs pmittit alteri, qd sibimet inferre liceret: vt qd detur sibi alapa, vel aliqd pter qd corpus nõ frāgatur: ⁊ tūc pōt alteri cõcedere: vt.d.l.j.§.vsq adeo.ff.de iniur.⁊ ibi hoc no.Bar. facit qd no.Bar.in.l.sed si vni⁹.§.pretor ait.ff.e.ti.de iniur. ⁊ ego dixi in meo tract. malefi.in gl.in versi. cõtra volūtatē

5 dicti titij. dic ergo, vt ibi dixi. ¶ † In gl.mag. ibi: sed etiā adiuuet. ista gl. p-

a statargumētū, an qs teneat adiuuare aliquē qui offendit: pro hoc videt tex. in.l.culpa caret.ff.de reg.iur. vbi dicit, q culpa caret, qui scit: ⁊ phibere non pōt. ergo a cõtrario sensu, si scit ⁊ pōt prohibere: nõ caret culpa: istam qõnē ponit gl.in.d.l.culpa caret. ⁊ dicit. de iure canonico teneor iuuare verbis, interponēdo me honesto modo: vt.ij.q.iij.c.negligēte: sed lʒ fm leges nostras regulariter nõ teneor adiuuare. vt.l.metū.§.sed ⁊ ibi Bal.ff.qd metus causa. idē Bar.⁊ Bal.in.l.vt vim.ff.de iusti.⁊ iure qd esset verū, nisi esset filius vel seruus qui offendit: quos possumus prohibere. ar.l.ij.in prin.⁊ quod ibi Bar.ff.de noxa. de quo dixi in meo tracta. maleficio. in gl.in verbo.⁊ dictus titius se defendēdo in versi. quero cum licitū sit cuilibet. ¶ In ea.gl.fin. dic similes glo. sunt in.l.iustitia.§.j.ff.eo.⁊ dic vt ibi.⁊ per doc.

SVMMARIVM.

1 Bonum publicum, quid sit?
2 Sacerdos, est persona publica.

ADNOTATIO. Quid sit studiū, vnde dicat, qñ sit incipiēdū leges profiteri. ⁊ vtrū liceat dieb⁹ festis studere, adnotaui ⁊ scripsi.in.l.j.§.huius studij. de iusti.⁊ iure, in pandec. Anto. Caius.

b Huius studii. [b] Diuidit in quatuor partes: sicut sunt quatuor dicta. ¶ No. q ius ciuile (prout est genus) diui

1 dit in duas speciales partes. s. publicū ⁊ priuatū. ¶ † No. q illud est publicū, qd cõtinet publicū bonū principaliter, ⁊ per prius. Illud vero est priuatū ius, qd cõtinet priuatū bonū pncipaliter, ⁊ p prius. ¶ No. differētiā inter publicū ius, ⁊ priuatū: nā publicū, est illd qd puatā vtilitatē cernit: et in oī particulari casu. ¶ † In gl. rei romane. i fi. habes, q ius publicū csistit in sacris sa-

2 cerdotib⁹, ⁊ magistratib⁹. Ex quo nota, q sacerdos est psona publica: tñ non pōt alteri stipulari: nisi de eo qd spectat ad ipm: vt vsuras restitui. vt notat Io.an.i.c.q.de vsuris.in.vj. nõ aūt aliud, p alio stipulari pōt. cū nõ sit de psonis numeratis in.§.si qs alij.j.de inuti.stip. ita Guil. Bar.⁊ Bal.i.l.j.§.hui⁹ studij.ff.e. ¶ Ex quo etiā sequit, q nõ tñ notari⁹ public⁹ pōt p alijs stipulari. vt.l.his verbis.⁊.l.nõ aliter.ff.de adop. sed etiā magistrat⁹, de his que corā eius tribunali aguntur. vt.l.eum pro quo.ff.de in ius vo.l.j.§.erige re.ff.de magistra. conue.⁊ ibi Ray.⁊ Ja.de are.⁊ istum textum vide declaratum per Bar.⁊ Bal.in.l.j.§.huius studij.ff.eo.⁊c.

De iure naturali &c. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 Ius naturale, sumitur multis modis.
2 In matrimonio, quatuor sunt consyderanda.
3 Matrimonium, an possit prohiberi per statutum.
4 Contractus dotis, an sit de iure gentium, vel ciuili.
Coitus nullus, de iure ciuili est damnabilis.
Mater an teneatur alere filium.
7 Mater hæretica tenetur alere filium.

c IVs naturale. [c] Tot⁹ iste titul⁹ diuidit i qnq partes. Primo ponit de iure naturali. Secūdo de iure gētium, ⁊ ciuili. Tertio ponit vnā diuisionem iuris ciuilis. Quarto rediens ad ius ciuile ⁊ naturale, ponit vnā differētiā iter ipsa iura. Ultimo ponit circa q vsat ius ciuile. Scda ibi. Ius aūt ciuile. Tertia ibi cõstat aūt. Quarta ibi. sʒ naturalia. Quinta ibi. oē aūt. Et hoc pncipiū ēt diuidit in tres ptes. Primo ponit diffinitionē iuris naturalis. Scdo declarat illam. Tertio probat per effectū. Scda ibi. nam ius. Tertia ibi. hinc descendit ⁊c. ¶ Et hoc dicit in summa. Masculi ⁊ femine coniunctio. Iteʒ procreatio

a ADDITIO. ¶ An quis teneatur. de isto adde bal.in.l.raptores.C de epis.⁊ cle.⁊ in.l.j.C. vnde vi.⁊ per Flo.in.l.scientiam.ff.ad.l.aquil.⁊ ibi optimus tex.in.§.qui cum aliter. qualiter vim vi repellere licet.

b ¶ Huius studij. qnto dicit in.§.huius studij. ex quo scilicet vidimus quid est iustitia. Itē. ex quo vidimus, quot ⁊ qualia sunt iuris precepta. ⁊ est sciendū vltimo loco, q ius nr̄m ciuile in duas ptes diuidit s. in ius publicū et puatū. Et primo. dicit qd dicat ius publicū, dicit illa pars iuris nr̄i, que tractat de vtilitate toti⁹ mūdi. qd dic vt i gl. q incipit. et cõsistit. Scdo. dt, qd dicat priuatū: certe ius puatū dr illa pars iuris nr̄i q tractat de vtilita te singulo⁊: puta. vt fund⁹ me⁹ ab aliquo possessus restituat mihi vl' puta. vt debitor me⁹ qd dʒ mihi soluat ⁊ alia ifinita exēpla potes ponere. tādē dicit ex q vidimus qd est ius publicū nūc videndū est qd ius puatū: est collectū ex pcept⁊ triū iuriū. s. ex pcepto iuris natural⁊ Itē ex pceptis, vel pcepto iurisgētiū. Itē ex pcepto iur⁊ ciuilis. ⁊ de his pceptis iuris naturalis, gētiū vl' ciuilis. pone exēpla vt in gl. que incipit in iure enim ⁊c. ¶ Extra casum no. qd est iustitia: scdo no. qd est iuris prudentia: tertio nota. qualr leges sunt docende. quarto no. de constantia iuuenum, qnto not. q vadit plane, vadit sane. sexto. tria iuris precepta. septimo no. ius, aliud publicū aliud priuatū. octauo no. q ius aliud naturale: aliud gētiū: aliud ciuile et oīa ista q sunt in hoc ti. sunt etiā in ti. de iusti.⁊ iure.

libero⁊ū, ⁊ educatio sunt de iure naturali: q: ista sunt ppria oīm generū aīaliū. h.d. ¶ No. q matrimonium descendit a iure naturali. ¶ Not. q ius naturale nõ tñ est cõmune hominibus: sed est ppriū vnicuiq aīali irrationabili. ¶ No. q aīalia irrationabilia, dicunt habere peritiā iuris naturalis. i. instinct⁹ nature. Nota. q licita coniunctio maris ⁊ femine, appellatur mrimonium. ¶ In gloss.j. ibi qñq p instinctu

1 nature. Et hic no. glo. † q ius naturale, sumit multis modis. Idē no. gl.ff.e.l.j.§.ius naturale.⁊ in.l.ex hoc iure. Tu aūt dicas. q hoc verbū natura: capit multis modis. Aliqñ dicit natura. i. deus. q nasci facit: ⁊ creat. vt.d.l.j.§.ius naturale. fm vnā lecturā. Aliqñ dicit natura quelibet res nata: vel creata. vt.l.cū ad presens cū.l.sequēti ff.si cer. peta. Aliqñ dr quoddā ius naturale insitū rebus. vt hic.⁊.d.§.ius naturale: fm aliā lecturā.⁊ de dāno infec.l.fluminum.§.vitiū.⁊.ff. ad macedo.l.j. Aliqñ natura accipitur p solito cursu rei: vt.l.j.§.sciēdū. circa medium.ff.de aqua plu.arcē. Aliqñ natura accipit p solito cursu cārum: vt.C.de pba.l.actor. Aliqñ natura dr, id est cõplexio, vel dispositio qdā, siue csuetudo vt.ff.de edil.edic.l.j.§.sciēdū. Aliqñ natura dicit ppria significatio noīs, vel ipsius vocabuli expositio, vel vocabulū qd nasci dr, cū inuenit. ar.l.iiij.ff.de pscrip.verb. Aliqñ dr natura. i. patria potestas. vt.ff.de furtis.l.nec cū filio. Ista sunt vba Richardi de sali.in.d.l.cū ad presens. qd nota.

ADNOTATIO. Dicitur nā, rei potestas seu pprietas, vt hō sua natura ridere dr, secundo dr res aliter cõmensurabilis, seu cõpensabilis, vt in cõtractu emptionis, res pcio cõmēsurat. tertio natura capit pro quolibet idiuiduo, puta hoīe, equo vl' asino, vt notatur in.l.vnica super verbo quantitatem, per recentiores bituricenses. Anto. Caius.

¶ In eadē gl. ibi. lege mosaica, vl' euāgelio ctinetur dic.i. ius diuinū. Et aduertas. q ista glossa (inquatū loquit de lege mosaica) cõsyderat hominē esse creatū in duab⁹ naturis. In vna, qua participat cū diuinis. vnde ius naturale qd cadit in hoīe fm naturam, est ius diuinū. In alia vero, participat cū ceteris aīalibus: vt sensu: motu: ⁊ instinctu: put isto respectu cadit ius in hoīe, dr ius naturale. ibi.⁊ qd natura ⁊c. ita dicit Cy.in.d.§.ius naturale. ¶ Ex qbus Cy. ibi infert, q si volum⁹ diffinire ius naturale, put cuenit aīalib⁹: diffinit sic. ius natulare est qdā vis aīe sensibilis in ei⁹ pductiõe a natura insita, ad faciēdū put libuerit: Et put vero cõgruit homini. Ius naturale, est qdā vis aīe. i. qdā rō humane creature, a natura insita ad faciēdū bonū: ⁊ ad cauēdū a cõtrario: qd soli cõuenit homini. ¶ In gl. cõiunctio. in fi. dic. q vna tñ est differētia: q: si secuta est copula carnalis: impossibilis est separatio: secus si nõ sit secuta. lʒ pfectū sit matrimonium, cõsensu. vt.c.ex publico. de cõuers. cõiu. q: tūc alter cõiugū pōt ad religionem trāsire, altero inuito: de quo late per Barto.in.l.deo nobis.in prin

2 cipio.C.de episcopis ⁊ cleri. ¶ † In gl. appellamus. in fin. adde bonū textum.xx.questione.j. omnis etas. dic tamen. q in matrimonio sunt quatuor consyde-

adderet iuri communi: ergo non debet restringi: sed generaliter debet intelligi omni casu, vt addat iuri communi &c. Sed hanc distinctionem Salice. dictus dominus Anto. dicit in pluribus falsam. Nam dum dicit quod si in lege apparet de ratione scripta: quod illa cessante, cessat dispositio. videtur contra textum in dicta. l. prosperit: vbi in principio, fit mentio cause condende legis. & causa condende legis, & ratio, idem sunt. vt. dicta. l. adigere. §. quamuis. Ex quo dominus Franciscus de albergotis de aretio doctor solennis reprehendit Cynum in. l. ij. C. que sit longa consuetudo. et per consequens Salice. dum videntur intelligere quod in. l. prosperit. non appareat de ratione: quando ibi in principio apparet causa prohibitionis: & sic de ratione legis. & ideo dicebat Iaco. de aret. vt refert Bald. in. l. non dubium. C. de legi. & quod illa lex carebat intellectu & spiritu. sed Bald. ibi respondet quod licet constet de ratione, tamen non fit restrictio: quia in cessatione rationis, lex restringitur in generibus singulorum: non in singulis generum. Nam dato quod in aliquo casu singularissimo cessaret legis ratio, non tamen propter hoc lex deberet restringi: quoniam sufficit quod sit rationabilis in suo genere. Sed hoc displicet prefato domino Antonio, ea ratione qua non restringitur ex casu singularissimo, quo cessaret: ita nec ex alio simili: et non esset dare rationem, quare magis in vno casu fieret restrictio, quam in alio: sicut dicimus de indefinita legis, que equipollet vniuersali: etiam in odiosis. cum non possit verificari magis in vno quam in alio. vt. l. si pluribus. ff. de lega. secundo. & dicta. l. omnes populi. Stat ergo casus in dicta. l. prosperit. quod lex non restringitur per rationem scriptam in ea. ad idem videtur textus in clemen. j. de electio. coniuncta gloss. in verbo homines. vbi dispares regule et habitus, non debent in eodem monasterio sociari. Et ideo prelatus alterius religionis, non debet eligi in prelatum diuerse religionis. Quod procedit, etiam si eligatur in prelatum monialium: et tamen in eis cessat ratio: quia licet sint prelati monialium, eis tamen non sociantur. Item cum subdit distinctionem, quod si dispositio est de eo quod non est a iure dispositum: quod non fiat restrictio, videtur non esse verum: quia euitande sunt absurditates. vt dicit Salice. contra Barto. posse fieri restrictionem per. l. quamuis. ff. de in ius vocand. Tertio dum dicit dispositio eius quod esset alias dispositum, non restringitur: si non potest saluari ratione recti sermonis: videtur contra. l. si quando. C. de inoffic. testamen. vbi verbum libere: restringitur ad regulas iuris communis: et tamen deberet interpretari absolute. vt. l. j. ff. de testament. milita. coniuncta. l. milites. C. eodem titu. Item dum Salicet. subdit, quod occidens ad sui defensionem, debet mori. dominus Antonius predictus. non credit hoc verum: quoniam per talia verba, intelligit remissas iuris ciuilis solennitates: non iuris naturalis, vel gentium. vt dicta. l. neque. §. primo. de testamen. milita. Sed defensio est de iure naturali. vt. l. defensionis facultas. C. de iure fisci. libro. x. igitur &c. Preterea multi sunt casus, in quibus non fit restrictio. vt. j. dicam. Quapropter dominus Antonius in hac materia sic concludit. quod aut verba legis generaliter sunt adiecta verbo preteriti, vel presentis temporis: et ipsum determinant. et tunc recipiunt in dubio restrictionem ad illos casus quibus competit, vel conuenit ipsa dispositio legis. vt. l. inter omnes. ff. qui satisdare cogan. & l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem aquiliam. Et in hoc saluantur testes, qui dicunt, omnes sic dicebant: intelligatur de his, qui loquebantur de materia. Et hoc fuit de mente Bartol. in dicto. §. nunciatio. Aut determinat verbum futuri temporis, prout est mos legis, que futuris, et non preteritis dat formam negotiis. Et tunc aut legem generaliter loquentem, volumus restringere per alias: aut interpretationem ipsius legis late quasi sic lata non fuerit legis intentio. vel causa euitande absurditatis. l. scire oportet. §. aliud. de excusati. tuto. vel causa euitande iniquitatis. l. benignius. ff. de legib. vel ex communi vsu loquendi, quem dicas potius attendendum, quam sermonem. vt. l. librorum. §. quod tamen cassius. ff. de lega. iij. vel per omnes modos, ex quibus coniecturamus testatoris mentem. vt. l. si seruus plurium. §. fina. ff. de legatis primo. ¶ Primo casu quando vis per aliam legem restringere: & tunc aut ipsa lex que queritur restringi in aliquo, disponit expresse contra ius primo dispositum: aut disponit idem quod ipsum primum ius: sed vtroque casu. sunt etiam alia verba, que generaliter sumpta in aliis vltra expressis contra ius prorogationem importarent: nisi restringerentur primo casu: aut apparet id in quo disponit contra ius primo scriptum: aut dubitatur quantum ampliatiue debeat intelligi ipsa restrictio, siue correctio si apparet expresse in quo corrigit, vel disponit: et tunc licet in alio non patiatur restrictionem. vt. l. in his que contra rationem. ff. de legi. In ceteris verba generaliter patientur restrictionem, secundum dispositionem antiqui iuris: etiam si illa verba generalia in suo significato, in dubio aliud importarent. vt est text. C. communia. de successio. authen. omnes peregrini. nam fit ibi expresse derogatio contra consuetudinem, prohibentem peregrinos testari: eis permittendo quod testentur libere. quod verbum libere. restringitur secundum ius commune. vt ibi. & in dicta. l. si quando. C. de inofficioso testamento secundum vnum intellectum: prout ibi intelligitur concessa facultas testandi inhabili alias de iure: nam licet concedatur libere: intelligitur tamen secundum ius commune. Et hoc fieri debet: ne priuilegium, vel noua prouisio deroget in pluribus, contra iura: pro hoc est quia leges priores, declarant posteriores. et econtra. l. sed et posteriores. ff. de legibus. Quod tamen est limitandum: nisi priuilegium vel dispositio sit aliter interpretanda, ratione persone, vel subiecte materie. vt si conceditur facultas testandi, surdo militi: et pagano libere, ad pias causas: nam tunc intelligitur more militari. vel prout est alias in tali casu permissum. text. est in. l. sed si quis filio. §. sed & si quis fuit. ff. de inofficio. testament. facit. l. prima. coniuncta. l. milita. ff. de testamen. mili. & hec sunt verba Dyn. in omnibus in regula que a iure. de regulis iuris in. vj. Sed si dubitatur quantum corrigat: quia non apparet ex verbis tunc expressis. Tunc quatenus ratio, vel mens legis patitur cum verbis, etiam impropriatis, tantam prorogationem, verba etiam patiantur contra ius aliud scriptum. pro hoc facit quod nota. Nico. matha. secundum Cynum in dicta. l. secunda. C. que sit longa consuetu. & gloss. in clemen. j. de decimis. in verbo gregibus. Sed vbi cessaret mens legis, ibi pateretur omnem restrictionem: vt comprehendat etiam id quod est minimum. Et vt est magis possibile, saluum remaneat ius primum pro hoc facit. c. rodulphus. de rescrip. & quod habetur in. c. cum dilectus. de consuetu. & ibi gloss. ita intelligitur aut. ex causa. C. de libe. prete. & aut. ex testamen. C. de colla. ¶ Secundo casu principali. quando lex secunda, disponit id quod prima. & tunc aut verba generalia. patiuntur restrictionem, secundum ius commune: aut secundum ius naturale, vel gentium: aut secundum ipsa verba, ne implicent contradictionem: aut ne tertius ledatur. Primo casu dic quod verba legis generalis, que disponit idem quod prima, non sunt restringenda, vt verba secunde legis, vel secundi priuilegii aliquid operentur. vt. l. etiam. §. j. ff. de bonis lib. & l. j. in fin. ff. ad municipa. l. j. in fine. ff. de testamen. mili. vbi facultas testandi concessa militibus, qui erant alias capaces, non restringitur ad habiles de iure communi. l. iure mili. ff. eodem. titu. ad hoc facit dicta. l. j. d. §. item nuntiatio. de noui oper. nuncia. & l. j. §. quodlibet. ff. ad tertul. & l. si quis in graui. §. vtrum ad silleia. & hec sunt de mente Dyni. in dicta regula que a iure. Aut restrictio queritur fieri de iure naturali, vel gentium. & secundum illud fit restrictio dicte. l. neque. §. seruos. & §. deportato. & similiter fit restrictio ex verbis ipsius constitutionis: ne implicent in se contradictionem. vt si lex concedat alicui distribuendi facultatem de bonis suis: restringitur, vt non comprehendat furiosos, vel infantes: quia non habent discretionem. vt. l. lege. de testa. & hoc est de mente Bartol. in. l. j. C. de sacrosanctis eccle. facit. l. apud antiquos. in fi. C. de furtis. & l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. & l. fina. C. de testamen. mili. Idem. si queritur fieri restrictio ne ius tertii ledatur. vt. l. j. §. si quis a principe. cum glossa. ff. ne quid in loco public. & l. nec auus. C. de emancipa. liber. pro hoc dicto facit dicta. l. si quando. secundum alium intellectum. ¶ Si vero queritur. an possit fieri restrictio non per aliam legem: sed forte ratione cessationis, vel causa euitande absurditatis: vel ex aliis causis: de quibus dixi supra, in secundo casu principali. Et tunc. si ratio ipsa est expressa in ipsa lege, vel in alia: & tunc, si in casu ad quem vis omnino legem restringere, cessat ipsius legis ratio: & tunc fit restrictio dicte. l. adigere. §. quamuis. nam dictum debet limitari, secundum eius rationem. l. hec actio. ff. de calumnia. quoniam licet offendere verba legis, vt deseruiant menti. l. non dubium. C. de lega. & ibi gloss. in verbo amplexus. facit. l. quamuis. ff. de in ius vocan. & l. pater seucrinam. §. conditionum. ff. de conditio. & demonstratio. & l. triticum. de verbor. obligatio. & l. quicquid astringende. de verbo. obliga. & ff. de seruitu. l. si eum. & ratio. quia lex, & ratio legis idem sunt. l. cum mulier. cum ibi nota. maxime per Baldum. ff. soluto matrimonio. l. cum tale. §. legato falsam. ff. de condi. & demonstra. Dyn. in regula fina. ff. de regu. iuris. in. vj. & ita potest intelligi dicta. l. penul. §. fin. ff. de ritu nupt. Si vero ratio legis scripte non cessat totaliter: sed habet se sub regula comprehensa, vel eius ratione, per plus & minus. & tunc, licet plerumque cesset legis ratio, a verbis non est recedendum: ita potest intelligi. d. l. prosperit. vbi non cessat in totum legis ratio in seruis absentibus: quoniam in eis poterat haberi aliqualis probatio, saltem indicatiua. similiter in dicta clemen. j. Nam licet cesset ratio societatis: tamen adhuc ratione disparitatis, habitus, & regule, superat aliqualis ratio. vbi vero de ratione legis non constat ex scriptura: sed est ratio interpretata: tunc si ipsa ratio est certa, ita quod ipsa vnica reddi possit: tunc, licet ipsa sit tacita, potest argui ex ea, tanquam a causa finali: ac si esset scripta. ff. de re milita. l. milites agrum. Et tunc dicitur certa, quando alia reddi non potest. l. nominatim. ff. de liberis & posthumis. ibi si modo vnicus sit &c. Et tunc quidem cessante ista ratione, succedunt supradicta que dixi de ratione expressa: & hoc videtur de mente Baldi. et Saliceti in. l. maximum vitium. C. de liber. preteri. & facit quod nota. Baldus in aut. ingressi. in prima oppositione. C. de sacrosan. ecclesiis. Et ideo que dicta sunt in legibus, habent locum in consuetudine non scripta. Si vero ratio legis est dubia: vel plures reddi possunt: tunc a verbis legis non est recedendum in dubio. vt. l. j. §. is qui nauem. ff. de exerci. Et hoc fuit de mente glosse in dicta. l. non dubium. in verbo amplexus. Non enim licet restringere legem, ex equitate non scripta, contra verba in lege scripta, ex doctrina magistrali. l. j. C. de legi. Quod facit ad infinitas questiones. Pone. statuto cauetur, bannitos impune posse occidi: aliud statutum dicit. quicunque occiderit bannitos, quacunque ratione vel causa: capite puniatur. Certe intelligitur secundum ius commune: nisi fecerit culpa banniti: vel nisi ad sui defensionem: vel nisi cum filia eum inuenerit adulterantem. Cum enim secundum statutum quod vetat eos occidi, esset expresse contra primum in ceteris. verba generalia patientur restrictionem. per dictam aut. omnes peregrini. secus, si statutum simpliciter dictaret, quod qui occiderit aliquem alias prohibitum occidi, quacunque ratione, capite puniatur. Certe non habebunt locum distinctiones predicte: sed quolibet casu decapitaretur. Reciperet tamen distinctionem de iure naturali: vel gentium. vnde non decapitaretur: si fecisset ad sui defensionem. pro hoc facit. l. coniuncta. l. neque. ff. de test. mi. & quod ibi in eis no. ¶ Item. facit

ad questionem

ad questionem. statutum dicit. quicunq3 intrauerit castrum, habeat talem fundum ꝙ forensis intrans inhabilis ad acquisitionē fundorū, ex forma statuti hunc tamē cōsequitur. qm̄ hoc est beneficium principis, quod non patit restrictionē: sed ampliationem. vt. l. fin. ff. de constitu. princi. ⁊ dicta. l. si quis in
21 graui. §. vtrū. ff. ad silleia. qd̄ no. ¶ † Redeo nunc ad verba Bar. videl3 tertio casu principali. an statuta recipiant interpretationem declaratiuam, siue expositiuam: ⁊ dicendum est ꝙ sic, dummodo dicta declaratio, siue expositio sit iuri consona. vt extra de consuetudi. c. cum dilectus. nisi sint ita obscura, ꝙ non possit haberi congrua expositio: tunc recurretur ad populum: vt interpretetur suum statutum. vt not. vt in. l. leges. §. i. C. de legi. ⁊ que sit congrua expositio. vide per Bart. in. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iure: ⁊ ibi per Bald. in versi. nunc aliquid videamus de intellectu statutorum: an in statutis debeamus sequi intellectum literalem, vel intellectum ciuilem. dic vt ibi
22 per eos. ¶ † Quarto casu principali. an statuta recipiant interpretationem extensiuam: conclude. aut queritur. an statuta recipiant interpretationem extensiuam actiue: hoc est, vtrum se extendant ad casus in statuto comprehensos. Aut passiue, hoc est. vtrum leges se extendant ad statuta. ¶ Primo casu aut queritur de casibus sine quibus disposita per statutum non possunt commode sortiri effectum: ⁊ ad illos extenditur statutum. vt. l. stipulatus fuero per te. ⁊ ibi Barto. Angel. ⁊ Imola. ff. de verbor. obliga. Aut queritur de aliis casibus in quibus est eadem ratio. ⁊ tunc aut casus illi per ius commune non sunt decisi: ⁊ ad illos extenditur. vt. l. de quibus. ff. de legi. ⁊ ita debet intelligi. l. non possunt. eodem titu. aut sunt decisi per ius commune: ⁊ tunc ad illos statutum non extenditur: sed relinquitur dispositioni iuris communis. vt. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. Secundo casu quando passiue: ⁊ tunc indistincte dicit Barto. ꝙ sic. exemplum: per statutum est introductum aliquod munus personale: certe omnes leges que de muneribus personalibus subeundis loquuntur, ad illud extenduntur. vt. l. i. §. i. ff. de mune. ⁊ honori. ⁊ ibi Barto. ⁊ est aliud exemplum in. l. i. §. lex falcidia. ⁊ ibi Barto. ff. ad legem falci. ⁊ idem etiam notat Barto. in. l. si quis seruo. in fine. C. de furtis. sed Baldus in. l. omnes populi. in versi. item. nota ꝙ illud ius, quod trahit aliud ad se: debet recipere passiuam ⁊c. dicit ꝙ ius commune non influit in ipso statuto: sed ipsi rei stanti: statutum enim in se, a statuto bene trahitur ad ius commune: ⁊ hoc dicit. ꝙ non est interpretatio extensiua (salua reuerentia Bartol. domini sui) sed est interpretatio effectiua: ex proprio intellectu vocabuli: nam illud verbum munus personale, vel statutum. ⁊c. sic presupponit. Est ergo proprior sensus. dicitur autem proprior sensus, id est suus: sensus id est. non contra rationē: id est. nō abhorrēs a diffinitiōe. vel distinctione quem intelligentia subiecti claudit. Sed etiam communis vsus loquēdi, ⁊ intelligendi, dicitur proprius intellectus: id est ipsius nominis propria passio. vt. ff. de legatis. iij. l. librorum. §. quod tamen cassius. ⁊. l. labeo. ⁊ ibi late Barto. ff. de supel. lega. Ex quibus concludit Bald. ꝙ non est dubium, quod ius commune recipit interpretationem passiuam, a statuto ⁊ consuetudine posteriori. vt. ff. de leg. l. minime. ⁊. l. si de interpretatione. Sed an econtra statutum recipiat: id est. patiatur interpretationem, largiendam sibi a iure communi. Et concludit. quod aut est certissima mens statuti, ⁊ qualitas mentis: ⁊ tunc precise debet stari dicto statuto: aut qualitas ipsius statuti nō est certa: ⁊ tunc recurre ad granum salis id est ad ius commune. ne marcescat verbi gratia: dicit statutum. quicunq3 occiderit occidatur, intelligo. scilicet, si dolo: non si casu fortuito. vt. l. benignius. ff. de legi. coniuncta. l. iij. ff. de sica. non enim sunt verba statuti sic intelligenda iudaice. quia prauus intellectus non recipitur in statutis. argumen. l. ij. C. de legi. quod not. quia si bene ponderas. Barto. non contradicit in decisione: sed in proprietate verborum. ita quod Barto. secundum Bald. non proprie loquitur: sed tamen semper in
23 communi allegantur verba Barto. ¶ † An autem lex, vel statutum loquēs in vno casu, extendatur ad alium per identitatem rationis. In hoc Barto. in. l. si constante. in princ. ibi nono quero ⁊c. ff. soluto matrimo. concludit sic. Aut lex est prolata simpliciter: aut in ea sunt verba taxatiua. ¶ Primo casu. aut per extensionem induceretur correctio. ⁊ tunc non potest fieri extensio. vt auth. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. Aut per talem extensionem, induceretur legum declaratio, siue instructio: ⁊ tunc fieri potest. vt. d. l. si constante. Secundo casu. quando in eo sunt verba taxatiua: ⁊ tunc. aut per aliam lege3 apparet de extensione: ⁊ tunc fit extensio. vt. l. ob es. cum glossa. C. de predi. mino. ⁊. l. serui nomine. ⁊ ibi Barto. ff. de vsuca. aut per aliam legem non apparet extensio: ⁊ tunc. aut lex est prolata in actu fauorabili ⁊ pio: ⁊ fiet extēsio. vt. l. illud. C. de sacrosanc. eccle. cum gloss. aut in casu odioso: ⁊ tunc secus. vt l. ij. C. de patri. qui fil. distra. Sed ego reperio ꝙ quidam doctor solennis, dominus Mattheus de mathesilanis de Bononia, fecit vnum tractatum: in quo distinguit quatuor casus. Nam quedam sunt iura correctoria iurium veterum. Quedam sunt limitatiua: ⁊ non penalia. Quedam sunt penalia, que non sunt penalia: nec corrigunt, nec limitant: sed prouident in casib9 ab aliis iuribus non preuisis. ¶ Primo casu. communiter concluditur. ꝙ ista non possunt extendi per identitatem. nec etiam per maioritatem rationis. vt not. in auth. quas actiones. C. de sacro. sanct. ecclesi. ⁊ est tex. in. l. si furiosi. C. de nup. ¶ Hoc primo fallit, quando ratio decidendi finalis est expressa in textu. quia vbicunq3 habet locum dicta ratio: habet etiam locum dicte legis correctorie dispositio. Nec dicitur extensio: quia hoc apparet de mente legis, comprehensa sub verbis generalibus: vt probatur in auth. de his qui per hi. obliga. se hab. res minc. §. i. coniuncta gloss. ⁊ in. l. i. in princ. ⁊ ibi Bartol. ff. de legi. tut. ⁊ quod not. glo. ⁊ docto. in. c. i. de rerum permuta. in. vi. ⁊ eod. titu. clemen. i. ⁊ quod not. Barto. in. l. liberorum. in. vi. colum. versi. his premissis videamus ⁊c. ff. de verbo. signi. ¶ Secundo. fallit in extensione passiua: na3 vbi ius antiquum ponit vnam regulam, ista regula trahitur etiam ad iura noua, correctoria iurium veterum. vt. l. i. §. i. ⁊ ibi Bartol. ad legem fal. facit quod not. Barto. in. l. pretor ait. §. eritq3 differentia. ff. vi bonorum rapto. ¶ Tertio fallit. quando duo a lege veteri sunt equiparata: nam tunc ius nouum correctorium loquens in vno casu, intelligitur etiam loqui in alio. vt. l. fin. C. de iurisdi. omnium iudi. l. marcellus. §. i. ⁊ quod ibi Bartol. ff. ad trebel. ⁊ docto. in. l. quod vero. ff. de legi. ⁊ quod not. gloss. Bartol. ⁊ docto. in. l. si quis seruo. ff. de furtis. ⁊ in. c. a multis. de etate ⁊ quali. in. vi. Est tamen aduertendum. ꝙ quando duo sunt adequata in aliquibus, sed non per omnia, quo ad effectum circa materiam illam de qua agitur. tunc ius nouum correctorium de vno, non habet locum in alio. vt patet. in. l. si. coniuncta auth. quas actiones. C. de sacrosan. ecclesia. ⁊ pro hoc facit text. in. c. i. ne cleri. vel mona. in. vi. ¶ Secundo casu principali. quando sunt iura limitantia, ⁊ non penalia. Et in hoc conclude. ꝙ vbi iura correctoria extenduntur: ⁊ tunc etiam extenduntur ista iura limitantia: ⁊ sic omnia iura que concedūt priuilegiū minoribus, ex quibus limitantur, ⁊ sic omnia iura extenduntur etiam ad ecclesiam: propter regulam qua3 habemus: que dicit. ꝙ ecclesia fungitur vice minoris. l. orphanotrophos. C. de episco. ⁊ cleri. cum similibus. Si vero loquimur in aliis casibus in quibus iura correctoria non possunt extendi. conclude. quod, aut queritur. an iura limitantia possint extendi pro maioritate rationis: ⁊ dicendum est ꝙ sic. etiam si sint odiosa, argu. l. non debet cuiq3. ff. de regulis iuris. ⁊. c. cui licet. eodem titu. in. vi. Aut queritur. an possit extendi per eandem rationem, siue extensionem. que fit de similibus ad similia: Et tunc aut iura limitantia, siue exorbitantia sunt introducta principaliter fauore certarum personarum: ⁊ non debent extendi ad alias personas. argu. l. i. ff. de constitu. prin. ⁊ pro hoc facit quod not. Barto. in. l. i. in fi. ff. de iuris ⁊ facti igno. Aut sunt introducta principaliter fauore certe cause honeste ⁊ fauorabilis: nō autē fauore certarū ꝑsonarū. vt puta. q: sunt introducta fauore relictorū ꝓ anima: ⁊ tunc debent extendi per eandē rationē. vt not. gl. in. l. illud C. de sacrosanc. eccle. facit quod not. Bartol. in. l. proxime. ff. de his que in testa. delen. ⁊ in. l. si vnus. C. de testamen. ⁊ quod no. Barto. in. l. i. ff. de vsuca. Quandoq3 sunt introducta propter aliquam causam rationabilem, que suadet alia iura generalia limitari: ⁊ tunc alia iura possunt, ⁊ debent extendi, per identitatem rationis. argu. gloss. ⁊ quod ibi not. Bart. in. l. constante. in pri. ff. soluto matrimoni. Aliquando permittunt aliquid: etiam crudele: propter necessitatem arduam. vt text. in. l. ij. C. de patri. qui filios distra. ⁊ tunc non debent extendi per eandem rationem. vt. l. quod vero. ff. de legibus. ⁊ hoc intellige verum, siue sit apposita dictio taxatiua. siue non: licet gloss. videatur dicere contrarium. in. l. que propter necessitatem. ff. de reg. iuris. ⁊ Barto. in dicta. l. si constante. sed contrarium sentit: ⁊ melius in. l. si vero. §. de viro. code3 titu. Quandoq3 iura limitatiua sunt voluntaria, ita quod non possunt extendi. vt. d. l. si vero. §. de viro. ⁊ clemen. dudum. de sepul. Et pro hoc quod no. Barto. in. l. hec condictio parua. ff. de condictio. ⁊ demon. ⁊ in. l. suus quoq3 circa fin. de here. instituen. ¶ Tertio casu principali. quando sunt iura penalia. ⁊ in hoc conclude: ꝙ in omnibus casibus in quibus extenduntur correctoria iura, multomagis penalia: quia minus sunt odiosa. In aliis vero casibus distingue, quod aut queritur. an possit fieri extensio propter maioritatem rationis. ⁊ dicendum est ꝙ sic: etiam si ius imponat penam ipso iure. argu. in. l. nec in ea. §. ius occidendi. ff. de adulte. ⁊. l. relegatorum. §. interdicto. cum. §. sequenti. ff. de interdic. ⁊ rele. ⁊ hoc videtur ibi de mente Barto. ⁊ glos. ⁊ bal. in. l. non possunt. ff. de legi. Aut queritur. an possit fieri extensio per eandem rationem, vel de similibus ad similia. Et tunc. aut iura imponunt penam ipso iure: ⁊ tunc dicuntur esse exorbitantia, ⁊ odiosa multis: quoniam regulariter, pena est per sententiam iudicis imponenda. ⁊ ideo non extenditur. ⁊ est tex. clarus. in. c. i. ne cleri. vel mona. in. vi. ⁊ in. c. statutum. de rescrip. eodem libro. ¶ Fallit hoc, vbi prouisio legis efficeretur quodammodo elusoria. nisi fieret extensio verborum eius, per eandem rationem: ad casum comprehensum sub verbis legis per largum significatum: quia tunc talis extensio tolleratur: ne legi fiat magna plaga: id est. ne videatur elusoria: ⁊ per vitium teneatur. argu. c. si ciuitas. de senten. excō. in. vi. Ibi. ne vilipendi valeat argu. C. de legibus. l. non dubium, ibi ne penas incertas. attenta ratione quam ponit text. in. c. si postq3. de electio. §. i. coniuncta gloss. in. c. quanq3. de vsuris in. vi. quam gloss. communiter tenent docto. vbi vult. ꝙ illa dispositio penalis testamenti extendatur ad codicillos, ⁊ donationes causa mortis. Aut iura imponunt penam: que venit per sententiam iudicis infligenda. vt est regulariter, ⁊ tunc aut est odiosa: quia irrationabilis. vt puta. quod alius pro alio puniatur: ⁊ tunc non debent extendi. vt. l. quisquis. C. ad legem iul. maiesta. ⁊ ibi not. Idem si esset odiosa, quia imponeret nimis magnam penam: attenta q̄litate facti. argu. l. quod vero. cum legibus sequentibus. ff. de legi. ⁊ quod no. Barto. ⁊ Dy. in. l. i. ff. de verborum signi. ⁊ Cyn. ⁊ doct. in. l. quicunq3. C. de seruis fugi. Aut est pena rationabilis. ⁊ tunc. aut imponitur pro delicto affirmatiuo: quod committitur principaliter, in faciendo aliquid illicitum: ⁊ tunc debet extendi per eandem rationem, vel per argumentum de similibus ad similia. vt. l. si quis id quod. §. i. de iuris. om. iudi. ⁊ gloss. in. l. si quis in tantam C. vnde vi. que extendit illam legem ad iura incorporalia. Quandoq3 pena imponitur pro delicto negatiuo: quod principaliter committendo: vt puta

in non soluendo vel non petendo veniam &c. Et tunc non debet fieri extensio.est in gloss. singularis. j. de actio. §. mista. et. §. penales. in verb.in eum et in verb.impetratis. nec mirum,quia leuiora sunt delicta que fiunt omittendo:quam que fiunt faciendo illicite.vt.l.j.§.impubes.et ibi not.ff. ad silleia.et.l.j.et.ij.C.si aduer.delic.et quod ibi doct.Ex quo sequitur quod lex que imponit penam quinquaginta aureorum, omittenti petere veniam contra patrem vel patronum:non debet extendi ad generum,qui fecit citari socerum sine venia.Fateor tamen quod talis gener deliquit:et potest puniri pena extraordinarla. argu.l. generaliter. et quod ibi gloss.ff.de in ius vocand. ¶ Quarto principali casu quando sunt iura non penalia, nec correctoria,siue exorbitantia:sed que prouident in casibus nouis,non permissis ab aliis iuribus:et in hoc dicendum est. quod potest fieri extensio pro identitate rationis: vel de similibus ad similia.argu.l.a titio. ff. de verborum obliga.et ibi Joan.de imol.Et est aduertendum secundum prefatum dominum Mattheum.quod preualet ad identitatem rationis, vel de similibus ad similia.argu.a contrario sensu:quod potest colligi ex aliqua lege noua.Nam licet dicta argumenta sint approbata a iure communi in dubio:debet eligi benignior intellectus.l. benignius.ff.de legatis.Sed benignius et rationabilius est,dicere quod procedatur extendendo per rationes de similibus ad similia.argu.l.nam vt ait.et.l.si ideo quia. ff. de legi. nam dicere quod valeat argu.a contrario sensu, quia resultaret absonus intellectus.argu.l.ij.C.de condictio.infer.quam econtra.dicere aliquid per argumentum a contrario sensu:et decidere aliud hic:et aliud ibi.ista sunt in effectu dicta prefati domini Matthei in dicto suo tractatu.que omnia tam in ordine,quam in substantia et effectu,sentit postea dominus meus dominus Joan.de imol.in.l.si vero.§.de viro.ff.soluto matrimonio licet de dicto domino Mattheo nullam faciat mentionem. ¶ In materia tamen derogatoria,siue limitatiua,ego reperio etiam dominum Ludoui. de vrbe,in sua repetitione authen.similiter.C.ad legem falcidiam.in.x. charta qui aliter concludit.videlicet quod aut lex derogatoria loquens simpliciter, continet casum fauorabilem:et tunc pro identitate rationis ad alium casum extenditur.probatur ex.l.senatus.et.l.libertus.§.senatus.ff.de ritu nup.vbi lex ponens casum specialem,prohibentem per tutorem,vel filium eius, contrahi posse matrimonium cum pupilla:fauore ipsius pupille extenditur ad heredem extraneum:et nepotem ipsius tutoris.et hoc ex eo.quia in his est eadem ratio:que in tutore.ratio autem ponitur in dicto.§.senatus. Probatur secundo per.l.ij.§.si mater.versic.quod si.ff.ad tertul.vbi prouisio si mater non petiit tutorem,extenditur fauore filii:etiam si mater non petat actorem,vel curatorem.et hoc propter identitatem rationis.Tertio adducit gloss.et Barto.in.l.si constante.in princ.ff.solu.matrimo.que extenditur ad socerum,qui recipit dotem:et vergit ad inopiam. ¶ Quarto adducit glo.in dicta.l.j.C.de his qui ante aper.tab. ¶ Quinto gloss.in.d.l.que propter necessitatem.ff.de regu.iur. ¶ Sexto gloss.in authen. preterea.C.vnde vir et vxor. ¶ Septimo gloss.in.l.j.C.de iuris et facti ignoran.et in.l.milites.ff. de re iudicata. ¶ Octauo allegat textum notabilem in.l.ij.C.per quas personas nob.acqui.et authen.res que.C.commu.de lega. ¶ Quam regulam limitat et primo nisi facta extensione exceptionis continentis casum fauorabilem et pium redundaret in damnum alterius casus, similiter fauorabilis et pii:quoniam tunc non fieret extensio:hoc vult (recte intelligendo gloss.ordinariã). Joan.andre.in.c.que a iure.de regu.iur. in.vj.et in.c. constitutionem.de regu.eo.lib.Et est ratio quia pietas,contra pietatis extensionem non vtitur priuilegio.vt.§.sed hoc de presenti.in authen.de sanc. episco. ¶ Secundo fallit,nisi extensio facta redundaret per indirectum in odium reipublice:quia tunc an casus specialis et fauorabilis ex identitate rationis extendatur ad alium casum facit tres regulas. ¶ Prima regula est.q fic. vbi queritur de extensione fienda de restricta significatione ad latam et iste est casus notatus in dicta.l.senatus. ff.de ritu nupt. vbi constitutio prohibens matrimonium inter pupillam et tutorem, fauore pupille extenditur etiam ad nepotem,et filios tutoris:et sic per indirectum tendens ad damnũ reipublice:q2 cũ restringat libertatem matrimonii:non contingeret ita opulentas ciuitates liberis repleri:quod reipub.interest.vt.l.j.ff.solu.matrimo. ¶ Secũda reg.est q fic.vbi extensio fieret per identitatem rationis ad personam que reputatur eadem cum illa de qua loquitur prohibitio. Iste est casus notabilis in.d.l.libertus.§.senatus.vbi extenditur illa prohibitio ad heredem,etiam extraneum:ex eo quia fingitur eadem persona. ¶ Tertia regula q vbi sumus extra predictos casus,nunq̃ fiet pro identitate rationis extensio.casus est notabilis et singu.in.l.fin.C.de interdi.matri.vbi constitutio prohibitiua in tutore,non extendit ad procuratorẽ:licet persona sit par. Aut constitutio ipsa derogatiua et fauorabilis nõ loquitur simpliciter:sed continet in se dictionem taxatiuam:et tunc pro identitate rationis non extenditur ad casum similem.vt est gloss.singularis in.d.l.ij.C.de pa.qui fil.distr. ¶ Fallit nisi essemus in casu de extensione faciẽda de lege loquente in speciali casu,in vno loco pio,in quo concurrit pia causa ad alium locum,cum eadem qualitate pium:quia tunc extensio fiet ex paritate rationis,vt est glo. ordinaria in.l.illud.C.de sacrosan.eccle. ¶ Est etiam 2m membrum principale q quando constitutio derogatoria continet in se odium priuatum:et tunc facit duas regulas. ¶ Prima q constitutio derogatoria odiosa odio priuato,continens in se quid priuatiuum bonorum pro identitate rationis, extenditur ad alium casum,maxime de stricta significatione vocabuli ad latam:iste casus est.in.l.sed est.et.l.sed iuř.§.mutui.ff.ad macedo.l.filium habeo.eo.tit.Aut continet odium priuatum.Item et priuatiuũ status persone viuentis:et tunc constitutio illa pro identitate rationis,non patitur extensionem.iste est casus singularis in.l.pater.cum.l.sequen.ff.de adulte.quem glo. alleg.de sen.excommuni.in.vj.c.mulieres. ¶ Est et secundum principale.s. quod quando constitutio derogatoria cõtinet odium,non mere priuatũ,sed per indirectũ publicum.Et tunc per identitatem rationis non fiet extẽsio:vt de hoc est tex.singularis in.l.iulia.§.hoc capite.ff.de ritu nup.qui inducitur simili modo quo inducitur.d.l.senatus.eo.ti.Sed nemo admiretur q prefatos doctores recitauerim,et posuerim verba ipsorum,quasi ad contextum: quia sunt doctores moderniores,non habentes scripta.Et etiam q2 loquuntur per conclusiones:et materia ista est multum intricata:et non bene demonstrabilis.Uerum quia al's etiam ego aliquas glossas in hac materia vidi. Utrum fiat extensio vel non,vltra ea que dicta sunt per predictos doct.allegantur quedam gl.que gl.ab omnibus approbantur.ideo eas hic subiiciam vt studiosus lector possit discernere quod est determinandum.Nam gl.in.l. emancipata.C.qui admitti ad bon.poss.extendit.l.j.C.de his qui ante aper. tab.que est fauorabilis.et loquitur de successione iuris ciuilis:ad modũ succedendi de iure pretorio:licet ibi gl.in.d.l.j.extendat in emancipato,et ab intestato,vel ex testamẽto.et allegatur ibi ratio:quia est ratio expressa in.l.et sic regula est.q quoties est ratio expressa in.l.potest fieri extensio per identitatem rationis.Secundo q fiat etiam extensio,est gloss.in.c.auditor.in verbo romana.extra de rescrip.in cleñ. ¶ Tertio est glos.in clemen.ij.in verbo lineam.de vi.et hone.cler.vbi tex.prohibet portare biretum lineum:et est penalis.et tamen glo.extendit etiam ad biretum sericum:et dicit q ideo fit:quia est eadem,vel maior ratio:et sic quando sequeretur absurdum,fit extensio. ¶ Quarto est glo.in.c.sciant cuncti.in verbo alios.de elect.in.vj. Ubi illa constitutio penalis,loquens de electio.etiam extẽditur ad presentantem patronum ecclesiasticum:et non laicum q2 est fauor ecclesie. ¶ Quinto est glo. in.c.ex eo.de elect.in.vj.vbi illa constitutio extenditur ad electionem:etiam inferiorum episcopo.et ratio extensionis est secundum glo.ibi quia est expressa ratio generalis in dicta constitutione. ¶ Sexto est gl.in.c.postq̃ de elect. in.vj.in verbo mente:vbi quamuis constitutio sit penalis:tamen id quod est de mente legis inest:nec dicitur extendi:quia inerat in mente vt dicit ibi glo. in verbo mente. ¶ Ex quo not. q id quod est ex mente legis,dicitur proprie inesse etiam verbis.arg.l.cum mulier.sol.matrimo.cum ibi not.per doc. ¶ Septimo est glo.in verbo italie.in.c.j.de tempo.ordi.in.vj.vbi glo.extendit illam constitutionem (licet penalem) que loquitur in episcopis italie,ad episcopos vltramontanos:quia dicit quod est eadem ratio. ¶ Octauo est glo.in auf.sacramenta puberum.C.si aduer.ven.que extendit illam constitutionem (licet penalem exorbitantem) etiam ad quasi contractum:et ad contractus non veros:propter periculum anime. ¶ Nono de hoc est glo.in.l.femine.C.de secun.nup.que loquitur in matre:et est exorbitans:tamen glo.in si.extendit ad patrem. ¶ Decimo de hoc est glo.in.l.quisquis.C.ad leg.iul. maie.in verbo vsuras:que extendit illam constitutionem odiosam et penalem que loquitur in patre:vt habeat locum etiam in matre. ¶ Undecimo de hoc etiam est gl.in auf.de resti.et ea que parit.§.vnum.in gl.profecto.que extendit illã constitutionem (licet sit penalis) ex idẽtitate rationis vel maioritate rationis. ¶ Duodecimo de hoc est glo.in.l.si quis filium.in prin.ff. de acqui.here.coniuncta.l.si pater:que loquitur in casu singulari,et exorbitãti in seruo:et extenditur ad filiumfam. ¶ Tertiodecimo vide ho.tex.in.l.j.C. de interdic.vbi imperator extẽdit edictum pretoris,de arboribus pendentibus in domo,vel in fundo alieno:quando immittũt radices in domo aliena. In contrarium q non fiat extẽsio:reperio aliquas glossas. ¶ Nam primo est gl.in cle.j.de sup.neg.prelato.in verbo negligẽtiam.Nam illa glo.vult q dispositio illius decretalis,que vult suppleri negligẽtiam prelatorum:non sit extẽdenda quando prelatus est priuatus propter delictum. ¶ Secundo est glo.in cle.ij.de vita et hone.cleri.in gl.ij.et gl.iij.et glo.in verbo marcellariorum.que gl.omnes volunt.q cum illa constitutio inducat vnum de nouo quod non sit extẽdenda ad alium casum,propter identitatem rationis.et ibi vide Pe.de ancha. ¶ Tertio de hoc est gl.in eo.ti.in cleñ.ij.in verbo insulam.que gl.vult.q illa constitutio penalis,loquens in sacerdote non habeat locum in diacono. ¶ Quarto de hoc est gl.in.c.licet canon.de elec.in.vj. in versi.licet parochialis:que glo.vult q cum illa constitutio loquatur.q qui non sit maior.xxv.an.non possit esse ad regimẽ parochialis ecclesie:dicit q non debet trahi ad regimẽ aliarum dignitatum,vel etiam ad regimẽ parochialis ecclesie collegiate.vt ibi per gl. ¶ Quinto de hoc est glo.in.c.j.de re iudi.in.vj.ibi in verbo iudicio:que gl.vult q dispositio illius decre.que loquitur in iudice,non habeat locum,nec extẽdatur ad arbitrium:etiam compromissarium ad instar iudiciorum redactum.vt.l.j.ff.de arbi. ¶ Sexto de hoc est.gl.in.§.mater.in auf.de nupt.que vult q dispositio illius.§. qõ mater.que donauit aliquid filio transiens ad secunda vota nõ potest illã donationem reuocare propter ingratitudinem:non extẽdatur etiam ad patrẽ donantẽ filio:et qui postea transiuit ad secunda vota. ¶ Septimo pro hoc est glo.in auf.nullum credẽ.agri.illius ter.&c.circa princi.in verbo aridos.vbi glo.vult q dispositio illius auf.que loquitur in fructibus aridis,non extendatur ad fructus liquidos. ¶ Octauo de hoc est etiam glo.in auf.nul.cred. agri.in verbo omnes.vbi vult q dispositio illius authen.in accessionibus et vsuris non extendatur ad alium casum similem. ¶ Nono de hoc est glo.

in auf.

in aut.de restitut. ⁊ ea que parit.§.si.in verbo legitimos.que vult quod di-
spositio penalis illius illius authent. nõ extendatur ad matrem.cum ibi de
ea non inueniatur expressum. ¶ Decimo de hoc est glo.in.l.fi.§.j.C.de bon.
que libe.in verbo filio.⁊ in versi.item an idem in seruo,que vult quod licet a
lege veteri filius ⁊ seruus equiparantur.vt not.glossa.in.l.si quis seruo.C.de
de furtis.tamen dispositio.d.l.fi.§.j.loquit in filio ⁊ patre, nõ extenditur ad
seruum,vel dominum. ¶ Undecimo est glossa.in authẽ.de restitu.§.si ve-
ro ipsam.in glossa in verbo excipimus.que vult.qd illa constitutio ad casuz
similem non extendatur quando dos ,soluto matrimonio desinat esse
dos. ¶ Duodecimo idem ⁊ melius vult glossa.in dicto titulo.§.si vero in ca
ptiuorum.in gloss.q̃ vult quod licet pro captiuorum redemptione, subiectũ
restitutioni minui possit non tamen minui possit pro simili causa.Ex
quibus gloss . si recte ponderetur, videtur doctrina doctorum ,⁊ in pena
libus et exorbitantibus confundi nec posse in dicta materia dari certam do-
24 ctrinam,nisi quod prout repiritur decisuz,ita debeat stari.cogita. ¶ † Que
ro an statutum in casu in quo patitur interpretationem extensiuam,extenda
tur ad casum qui est idẽ ſm iuris fictionem,⁊ non ſm veritatem.⁊ Bar.in.d.
l.omnes populi.concludit quod non per casum.l.iiij.§.hec verba.ff.de nego.
gest.⁊ ibi etiam hoc vult Bar.⁊ idem dixit in.l.heres quandoqz.ff.de acqui
ren . hered.⁊ potissime quando est penale:nam statutum penam imponens
mulieribus portantibus parlas,intelligitur de veris parlis. ita dicit Bar.
in.l.prima.§.j.ff.de fonte.sed Bal.in.l.gallus.§.quod si idẽ.ff.de libe. ⁊ post
hu.dicit quod hoc dictum Bart.est contra dictum.§.quod si idem.Naz sta
tutum,est inuentio galli:⁊ quãqz exorbitet a lege cõi legis.xij.tabu.⁊ i.§.post
humo .ſ. de legatis.tamen per interpretationẽ trahitur ad casum q est idẽ p
fictionem,⁊ hoc est propter publicam vtilitatem:ita dicit ibi Sceuola.Non
obstat dictus.§.hec verba.quia ibi fictio inducebat identitatem ,⁊ similitu-
dinem quandam:sed dictus.§.qd si idem.loquitur in casu qui est idem per
fictionem:⁊ non per simile.Sed dominus meus dominus Joan .de imol.
in dicta.l.gallus.§.⁊ quid si tantum.vbi etiam Barto.dixit concludi.qd aut
loqmur in dispositiõe iuris cõmunis: aut i dispositiõe statutaria aut i dispo
sitiõe hominis.Primo casu statutũ in casu vero,trahit ad casuz fictũ:qñ est
eadẽ ratio,etiam si materia sit exorbitans,videtur probari in dicto.§.⁊ quid
si tantum.⁊.§.si.coniuncto eo quod habetur in.d.l.gallus.in prin.⁊ pro hoc
facit quod habetur in.l.j.§.ff.ad legem falci.vbi omnino etiam videas dictũ
dominum Joan.Nec obstat dictus.§.hec verba. quia potius facit pro.nam
licet casus fictus ex vi verborum non cõprehendatur sub vero tamen ex mẽ
te ⁊ interpretatione comprehenditur quando est eadem ratio. ¶ Secundo
casu.quando statutum est exorbitans a iure cõmuni.⁊ tunc videtur quod nõ
fiat extensio ad casum fictum.vt .l.precipimus in fi.⁊ ibi Bart.C.appel.⁊ ita
intelligitur dictum Barto.in dicta.l.omnes populi cum similibus.Aut pre
ter ius, vel secundum ius:⁊ tunc trahitur ad casum fictum in quo est eadem
ratio vt voluit Jo.and.in simili in consuetudine.in c.si.de consue.in.vj.Et p
hoc facit:qr tunc etiam habet locum argumentum a contrario sensu ⁊ proce
di potest ex mente.⁊ etiam de similibus ad similia.vt not.Barto.in.d.l.om-
nes populi.⁊.j.dicam.Tertio casu concludit.quod aut loquimur in rescri-
ptis:⁊ tunc rescriptum in casu quo non trahitur ad casum fictuz.vt est casus
in.c.susceptũ.de rescript.in.vj.Aut querimus in alia dispositione hominis
⁊ tunc si de casu ficto resultat precise idem effectus:qr est vere ad id de quo
queritur.⁊ tunc trahitur ad casum fictum.vt.d.§.⁊ quid si tantum.cum.§.se
quen.⁊.l.deo nobis.C.de episc.⁊ cleri.al's secus.vt.l.finali.C.de his q ve.eta.
impe.Nam impetratio venie non facit per omnia haberi,perinde acsi esset
legitime etatis.vnde non potest alienare immobilia sine decreto.vt ibi facit
l.ex ea.§.j.cum ibi not.ff.de verbo.obligatio.Sed idem dominus Jo. in. d.
l.j.§.j.ad legem falci.addit alios duos casus videlicet qd si loquimur in testa
mentis,vel in contractibus hominis.Et tunc videtur quod dispositum in ca
su vero,non trahitur ad casum fictum:nisi haberet omnino eundem effectuz
per not.in.d.l.ex ea parte.§.j.vel nisi constaret de mente constituentis,vel cõ
trahentis:quod haberetur respectus etiam ad casum fictum.vt.d.§. lex fal-
cidia.Aut loquimur in priuilegijs.⁊ idem quod non trahatur ad casum fi-
ctum.vt.c.susceptum:de rescrip.in.vj.Secus si priuilegium respiceret casuz
fictum: vt quia concedebat quod habeatur perinde acsi interesset beneficijs:
⁊ diuinis:nam qui interest diuinis habet distributiones quotidianas:ita ha
bebit ille virtute talis priuilegij.vt in capitulo primo de cleri. non resi. cum
25 ibi not. ¶ † Et predicta inducuntur per docto.statuto cauetur quod scola-
res habeantur pro ciuibus originarijs,an appellatione ciuium originariorũ
comprehendantur scholares.⁊ videtur quod non.vt habetur per gloss.in.le-
ge merces.ff.de verborum significatione ⁊ facit.dict⁹.§.hec verba.⁊ lege pri
ma.in prin.ff.de suis ⁊ legi.⁊ quod ibi not.Bartolus sed idem Bar.in.l . si
is qui pro emptore.ff.de vsucap.in versicu.querendum est vtrum ista fictio
fingat super his que al's sunt iuris ⁊ facti et cetera.Ibi pone,ergo statuit ciui
tas ⁊c.Et in.l.si maritus in magistratu.§.primo.ff.de adulte.⁊ Bald.in.d.l.
omnes populi.in versi.sed pone statuto cauet qd nullus possit de priorib⁹
esse ⁊c.Concludunt quod aut statutum facit scholarẽ,ciuẽ quoad quedam:⁊
dicitur esse ciuis per fictionem.Unde non comprehenditur in statuto loquẽ
te de originario ciue.vt.dicta lege mercis.Aut statutum simpliciter loqui-
tur quod habeatur pro ciue ⁊ quia verbum habetur denotat fictionem :vt
not.Barto.in dicta lege si is qui pro emptore,in versiculo.tertio cõtra illud
opponitur.tu dicis qr vbi est equitas fingitur ⁊c.⁊ tũc idẽ.vt in supradicto
§.hec verba.Aut statutum,dicit quod in omnibus,⁊ per omnia habeatur
pro ciue .⁊ isto casu appellatione ciuis originarij, comprehenditur schola-
ris.vt.l.quidam cum filium.ff.de verborum obligatio.⁊ quod ibi not.⁊ facit
ff.de excu tuto.l.cum ex oratione.Nec obstat.dicta.l.mercis.quia illud est in
propria significatione:sed in casu nostro,statutum vltra procedit. quia non
tantum assimulat:sed statuit eandem esse censuram.vt.dicta lege maritus.
§.j.⁊ dicto.§.hec verba.quod est notan. ¶ Id vnum tamen aduerte.quod
si statutum diceret,quod scholares tractentur vt ciues:intelligitur in his q̃
sunt in priuilegium ciuium:non autem in his que sunt ad grauamen .vt lege
in oneribus.de mune.⁊ hono.⁊ quod ibi .Bar.Bal.⁊ Rapha.⁊ Jmol.no.
26 in.l.j.ff.de legatis.j. ¶ † Quero an statutum recipiat interpretationem ex
tensiuam a contrario sensu.⁊ Bar.in.d.l.omnes populi.concludit secundum
Jaco.butri.Aut casus qui venit a cõtrario sensu ,erat al's decisus.⁊ tunc per
contrarium sensum non deciditur sed tanqz omissus,remanet sub dispositio
ne iuris cõmunis.vt.ff.sol.matrimo.l.si cũ dotẽ.in prin.aut non erat al's de
cisus:⁊ tunc argumẽtũ quod sumitur a cõtrario sensu,est magis ex mente.si
ue interpretatione:qz ex verbis vt.l.pecuniam.ibi tanqz sub contraria con-
27 dictione.ff.si certum.petatur. ¶ † Not.dictionem tanqz,que est nota impro-
prietatis.

❊ A D N O T A T I O. Ad idẽ Bar.i.l.pma,i fine principij v.
noto dictionẽ tanqz de offi.eius cui mãd.est iurisditio.in Pandectis.⁊ glo.
in.c.solite in ver.tanqz.ex de maio.⁊ obe.⁊ qr sit nota iproprietatis ⁊ simili-
tudinis notat,Alex.cõsi.30.exord.redẽptoris nostri,col.prima ver.nã.nu.
2.vol.quarto.Anto.Caius.

Prob facit.l.apud antiqs.C.d furtis.i gl.⁊ idẽ voluit i.l.si qs.ex argẽtarijs.
§.ex edicto.ff.d edẽ.⁊ i.l.iurisgẽtiũ.§.qnimo.§.d pactis.sz Bald.i.l. cõuenti
culã.C.de episco.⁊ cleri.tenet qr imo locũ habet argumẽtum a contrario sen
su.videtur esse tex.legis,vel statuti.vt.l.qui testato.§.mulier.ff.de testamen.
⁊.ff.quibus ex cau.in posses.ca.l.in possessione.§.j.⁊ pro hoc allegat qr etiaz
in pactis a contrario sensu,assumit argumentum.l.inter socerum.§.cum in-
ter.ff.de pactis dota.ergo idez in statuto.qd est quedã cõuentio ciuiũ.vt not.
glo.in rubrica.C.de decre.decurio.libro decimo.sed idẽ Bal.in.l.omnes po
puli.dicit.qr ex tali argumento a cõtrario sensu, resultat aliqua absurditas,
vel legum correctio.⁊ tunc nõ dz sumi argumẽtum a contrario sensu.⁊ pro
hoc ego adduco gl.singularem.in.c.cupientes.§.qd si per viginti.de elect.in
vj.vbi gl.vult qr per cõtrariũ,ver subauditũ,vel subintellectũ,vel tacitũ sen-
sum,nunqz inducatur legũ correctio.Pro quo ego adduco text.in.l.fi.§.fili-
um autem.C.de bonis que libe.coniuncta.l.penu.⁊.fi.C.qui testa.facere pos-
sunt.Aut non inducitur aliqua absurditas vel correctio iuris:⁊ tunc etiam
in statutis potest sumi argumentũ a contrario sensu dicto.§.cũ inter.de pa-
ctis dota.⁊ hoc mihi placet.licet idẽ Bal.in.d.l.antiquos.videatur simpli-
28 citer tenere opinionem Jaco.but.⁊ per consequens etiam Bart. ¶ † Que-
ro an statutũ prolatuz in vna persona, extendatur ad aliam.⁊ Bar.in.l.om-
nes populi.dicit qd statutum loquens per nomina propria ,ad alias perso-
nas extenditur vt.c.qd alicui.de reg.iur.in.vj.⁊.l.j.in fi.ff.de cõstitu.princip.
⁊ illud idem not.Bar.in.l.iura vel in singulas.ff.de legi.⁊ quod not.Cy . et
Bal.in lege quecunqz.C.d seruis fugitiuis.Sed contrariũ videtur sentire
Bar.in.l.j.⁊ ij.§.⁊ si quidem.ff.ad tertul.vbi dicit quod statutum loquens
de potestate habet locum in capitaneo:si capitaneus circa idem habebat iu
risdictionem eandem,quam habet potestas .sed potest dici,quod aut statu
tum loquitur per nomina propria: ⁊ tunc sit verum dictum Bar.in.d.l.om
nes populi.Aut statutum considerauit iurisdictionem,seu effectum. ⁊ tunc
licet loquatur p nomina vnius officij,tamen quicunqz officialis sit qui habe
at eandem iurisdictionẽ,comprehẽditur.⁊ ita itelligatur dictũ Bar.in.§.⁊
29 si quidẽ. ¶ † Quero an statutum loquẽs per tempus presens,vel preteritũ,
trahatur ad futurum.dic ſm Bar.in.d.l.omnes populi.Aut statutũ cõtinet
delictorũ indulgentiam vt quicunqz est,vel fuit exbannitus cãcellatur.soluẽ
do decem ⁊ non porrigitur ad futura.vt.l.ij.C.de genera.abo.si vero cõtinet
aliam dispositionem.vt qr dicit quicunqz est,vel fuit obligatus per instru-
mentum,possit capi.⁊ tunc etiam hz locum in eo qui est post statutum obli-
gatus:qr statutum semper loquitur:pro hoc est tex.cum glo.⁊ ibi Bar.in.l.
j.ff.de condi.ex lege.⁊ idem voluit Barto.in.l.cum.l.ff.de legi. ¶ Quero.
in fine voluminis statutorum continetur qd nullum statutum recipiat inter
pretationem vel qd non possit glossari ⁊c.quomodo intelligitur.⁊ Bar.in.d
l.omnes populi.dicit qd modicum operat tale statutum:qr tantũmodo fri-
uola interpretatio,vel glo.videt reiecta.vt.l.j.§.fi.⁊.l.ij.§.pe.C. de vete. iur.
enu.sicut dicimus de clausula,appellatione remota.qr intelligitur d friuola.
vt.c.pastoralis.§.j.extra de appel. ⁊ Bal.in.d.l.omnes populi.addit rationem.
qr tale statutũ debet intelligi qr nõ possit glossari.videlicet gloss.hoĩs hoc est
qd hõ ex se nõ facit gloss.sed non de glossis legis.vt.C.de adul.l.q̃uis.⁊ sic
pub.facit.c.ex parte.de offi.dele.Sed idẽ Bal.in aut.si qua mulier.in fi.C.d
sacrosanc.eccle.dicit.qr de hoc est tex.in simili.in.c.exiui.§.ceterũ. de verbo.
sig.in cle.vbi beat⁹ Franciscus phibet regulã suaz glossari.quẽ tex.papa ex
ponẽs,dicit.id est.qd sic probata:⁊ sic infideliter exponat nec intellectus illius
in aliquo discordet ad aliud qz ipsa litera sonat:que verba ſm Bal.ibi sunt
aurea ⁊ vtilia si exponantur ad literaz ⁊ super dicta litera non fiant gloss.nisi
forte p quas verbi sensus, siue cõstructio quasi grãmaticaliter ad lraz,vel i
telligibilius exponat:sz qr supra dixi ſm Bar.veri⁹ puto.p q̃ facit qd ipse
Bal.not.in.l.si qs filiũ.ff.de liberis pte.i versi.scias tñ.vbi dicit qr si statutũ
remouet interpretationẽ intelligit de extrinseca,q̃ põt circũscribi nõ aũt de

30 intrinseca.vt.l.de his.ff.de condictio.⁊ demon.¶†Quero quid si dicat ꝙ
tale statutũ sit precisum.id est ꝙ precise obseruet Bal.in.d.l.oẽs populi.di
cit ꝙ non debet ab hoĩe interpretari:sed a lege sic:qm̃ verbũ precisum. reci-
pit determinationẽ.ff.de verbo.obli.l.si stipulatus sum.⁊ ibi gl.Bar.⁊ An
ge.⁊ dicit precisum ſm determinationes.i.antecedẽs:quasi sit dictũ.ꝙ illud
statutũ precedat oĩa alia que aliter disponerẽt.ſm Bal.sed idem Bal.in.l.
ij.C.de execu.rei iud.exponit dicta verba hoc modo.vz.qd adeo sit statutũ
ius:id est firmatũ:vt nullo modo possit ab eo recedi.arg.glo. in.l. placuit.C.
31 de iud.sed qd dixi primo per.l.stipulatus.credo verius.¶†Quid si in sta-
tuto dicat.ꝙ verba statuti debeãt ad literã intelligi:dic ꝙ intelligitur:id est
prout vulgo exponit.vt.l.labeo.⁊ ibi Bar.ff.de sup.leg.⁊ qd no.Cy.in.l.fin.
in fi.C.de cõpẽ.⁊ per Bar.in.l.stipulatio ista.§.quoq3.ff.de verb.obl.ita di-
cit Bal.in.d.l.oẽs populi.¶Septimo principaliter querit.qd remedium
intentari debet ad consequendum id quod in statuto continet:respõdet bar.
in.d.l.omnes populi.in fine.ꝙ aut statutũ producit ius agendi:aut ius exci-
piendi. ¶Primo casu criminaliter non oritur actio.sed accusatio ex isto
statuto vt.j.de publi.iudi.in princ.Si vero ciuiliter,⁊ tunc s. pro statutis est
inducta certa actio:⁊ illam intentamus,aut non.⁊ tunc aut est statutum inter
pretans aliquam legem communem:⁊ tũc agitur actione que habet locũ de
5 ptio. ꝛ qd̄ ibi no. ¶ †In gl. per trienniū. ibi. l. nunq̄. §. i. qualiter aūt pbatur cōtinuatio possessionis. dic q Cy. ꝛ doct. in. l. pe. C. de prescrip. lon. tēp. ꝛ Bar. in. l. celsus. ff. de vsuca. in pe. col. dicunt, q ius presumit cōtinuationem possessiōis: q: qui semel possidet, cum de suo commodo tractetur, si se asserit possidere: semper presumit possidere, nisi ɔ̃riū pbetur. vt. l. siue possidetis. C. de pba. de quo tamē dic. vt late scripsi. j. de acti. §. sic itaq3. in ver. scdo aduertas ad glo. q̄ dicit. vnde in practica satis est q pbet se possidere xj. annis. ꝛ dicat q dicto tpe ꝛ citra, semp possedit: presumitur ita eē. vnde qui vult dicere q nō fuit cōtinuata possessio: dȝ pbare: qd̄ no. ꝛ tene mēti.

ADNOTATIO. Cōtinuatio possessionis an psumat de preterito ad presens ex dictis Bar. l. celsus. de vsucapionibus, in pandectis, colligit q sic. Nam qui semel possedit, cum de suo cōmodo tractat, si se asserit possidere, semper psumit possedisse et possidere, et dicens contrarium tenetur pbare. Barto. in. l. siue possidetis. de pbationibus, quod declarat et limitat, Frāciscus Balbus in repetitiōe dicte legis celsus in quarta parte in ver. iȷ. cōclusio. numero. 6. 7. ꝛ. 8. vt ibi per eum. An. Ca. ¶ Quero ergo, quomodo debet pbari ista cōtinuatio possessionis. dic q prescribēs dȝ articulare, q a tali anno ꝛ mense, ꝛ citra per. x. annos ꝛ vltra possedit, finito tali tempore: ꝛ ita includat tempus ante iudiciū inchoatum: al's interrupta eēt prescriptio. vt in. c. veniens. extra de vsucap. ꝛ. c. licet causam. de pba. ꝛ ibi Jo. an. vel articulet qd̄ possedit a. x. annis et citra. ꝛ p ipsum tēpus vel possedit per. x. annoꝝ spatiū proxime preteritorū: q: dictio p: significat perfectionem temporis. vt. l. v: bana pdia. §. pernoctare. ff. de verbo. signi. Alias autem. licet testes deponerēt q viderunt eū possidere per. x. annos. ꝛ nō cōstarent illi. x. anni, nō probarēt: q: posset esse qd̄ vnus intellexerit de vni⁹ temporis. x. an. ꝛ alius de aliȷs. x. annis. Itē posset esse q intellexerit de illis qui tempore depositionis essent finiti. igitur nō probarēt. q: est pbatio dubia. c. i presentia. extra de pba. ita dicit Bar. in. d. l. celsum. in vlt. col. ¶ In ea. gl. in fi. cōcludē q quedā est pscriptio mere fauorabilis: vt vsucapio triēnij in rebus mobilib⁹, ꝛ se mouentib⁹. vt. s. gl. proxi. ꝛ qd̄ ibi dixi. que causat titulo ꝛ bona fide. ꝛ iusta possessione pscribentis: vt hic. Quedam est prescriptio mista: vt est prescriptio. x. vel. xx. annorū. que causat partim fauore, videlicet titulo, ꝛ bona fide ꝛ iusta possessione pscribentis ꝛ sic partim odio, scilicet negligētie non petentis. Quedā est prescriptio mere odiosa, q̄ tantum causat ex negligentia nō petentis: vt pscriptio. xxx. vel. xl. an. vt. l. si. in fi. ꝛ ibi no. C. de edic. di. adri. tol. ꝛ nota. Dyn. in regula. iȷ. de reg. iur. in. vi. ꝛ

6 Bar. in. d. l. naturaliter. circa prin. ¶ †In gl. lōgū tēpus ibi. §. nō aūt, qn̄ autē dicat longū tps sm diuersas materias: vide gl. ꝛ doc. in. l. j. C. de fidei. ꝛ regulariter dicit officio iudicis. vt. l. si finita. §. nō aūt. ꝛ ibi gl. ꝛ bart. ff. de dam. infec. ¶ In gl. presentes. in fi. Quero, quid in hac materia cōtineat, appellatione prouincie: vt cognoscamus quando dicat inter psentes: ꝛ qn̄ inter absentes. Cy. ꝛ aliȷ in. d. l. fi. C. de prescrip. lon. tēp. dicit scd̄m cōmunē vulgi opinionē: vt Longobardia Tuscia Romādiola ꝛc. vt. l. anniculus. ff. de verb. sig. sed Sali. in. d. l. fi. dicit q in ista materia prescriptiōis, si clericus possideat rē alienā quam asserit se prescripsisse: q tot⁹ archiepiscopatus in quo degit, dicit sua puincia. Verbi gratia: pone q cleric⁹ possideat in Bononia rē immobilem alicuius mutinēsis: certe dicent ambo de eadē puincia. q: sub episcopatu Rauennēsi sub quo ambe pdicte ciuitates subsunt licet sm vulgus, mutina sit in Longobardia: ꝛ bononia in prouincia Romādiole. Et est ratio: q: in curia archiepiscopi ille cleric⁹ pōt conueniri vt. l. oēs qui vbiq3. C. de epis. ꝛ cle. ꝛ sic in eadē puincia sunt ambo: ꝛ coram eodem iudice pnt ambo prescriptionē interrūpere. ꝛ hoc videt cōsyderasse. d. l. fi. Et ideo si clericus Reginus possidet rē immobilē alicui⁹ parmen. lȝ ciuitates sint cōuicine ꝛ sm vulgus in eadē puincia: q: in Longobardia. q: tn̄ non sunt sub eodē archiepatu. q: ciuitas Regij est sub Rauen. ꝛ parma sub Mediolanen. Est dicendū quo ad nostrā materiā, q ambo nō degunt sub eadem puincia: q: sunt sub diuersis archiepiscopatib⁹. Et q: clericus cōueniendus nō est sub cōmuni pside: ꝛ idem diceret, si laicus rē laici possideret. nā tūc si possessor degat sub eodē pside laico, sub q̄ degit ꝛ dn̄s rei in eadē puincia dicent ambo habere domicilium: ꝛ esse inter presentes: secus si nō sub cōi preside. V. g. Mutina ciuitas est de puincia Lōgobardie: ꝛ idē in ciuitate Regij: supponam⁹ q nō regat sub eodē preside: vt sit

Angelus Aretinus super Institu.

a ADDITIO. ¶ Dñiũ directum. Et ꝙ vsucapione dñium directum acquiratur. Sed inducendo vltra Ang. hic hoc probatur: appel. eñ dñiȷ̃, venit directum. l. i. ⁊. ij. si ager vecti. vel emphi. pe. ff. et vsucapio nihil aliud est, ꝙ̃ acquisitio dominij ꝑ ꝯtinuationẽ possessionis, tẽporis lege diffiniti. ita diffinit iuriscon. in. l. iij. de vsuca. ff. vide glo. in cano. ius quiritum. j. di. idem vult tex. i. l. traditionibus. C. de pactis. sic, si vsucapio sit dominij acquisitio: ergo directe.

b ¶ Sed aliquando Hic icipit secũda perticula prime ꝑtis prin. in qua sic pone casum. dñe, iam video qualiter correxistis ius antiquum, circa vsucapionem et ꝓ scriptionem. Nunquid igitur omnes res per tempus a nobis statutũ vsucapi, vel prescribi pñt? ad hoc rñdet ꝙ non: aliqñ eñ propter rerum dignitatẽ vsucapio, vel ꝓscriptio locũ habere nõ poterit veluti si quis bonefidei liberũ hominem, seu rem sacram, vel religiosam possederit. nã hmõi rerum propter dignitatem, vsucapio nullo tẽ 7 pore procedit. vel etiã si quis seruũ a fugitiuũ qui furtũ sui facit, lõgo tpe possederit. et hec dicuntur in secunda ꝑticula vsque ad illum. §. furtiue ⁊c.

c ¶ Furtiue. Hic incipit tertia particula secũde partis princ. i qua sic pone casũ. dñe iã vidi quasdam res que vsucapi vel ꝓscribi non pñt. nũquid sunt adhuc plures que vsucapi vel prescripi nõ pñt? rñ. qð sic, que daʒ eñ res ꝓpter vitiũ coherẽs rei, ĩpedit̃ ꝓscribi, vel vsucapi: nam furtiue res, et que vi expulsiua possesse 1 sunt: etiam si predicto longo tẽpo 2 re bonafide ab aliquo possesse fuerit b vsucapi tamen nõ possunt. Sed domine, q̃ fuit ratio, quare res furtiua et vi possessa, non potest vsucapi? Ad hoc respõdet amice. ratio est: qꝛ ita voluit lex. nam

hodie: quia sub dño marchione Ferrarieñ. sʒ diuerso preside. ideo, si Mutinensis possideat rem aliquã immobilẽ alicuius de Regio, et ibi domiciliũ habẽtis: non dꝛ esse inter pñtes: qꝛ nõ sunt sub cõi ꝓside. nõ ob. ꝙ sunt in eodẽ archiepatu. quia in laicis hoc non cõsyderat̃. ⁊ hãc rõnem ⁊ dr̃iam pñtis glo. in. d. l. fi. q̃ dicit, ꝙ quelibet ciuitas hʒ sua regimina. ideo de qualibet ciuitate iudicandum est hodie: vt oliʒ de qualibet prouincia. Qð dicit Salic. procedere inter laicos: presidẽ ꝓuincie nõ recognoscẽtes. Sed inter clericuʒ ⁊ clericũ, ⁊ laicum dñm, ⁊ clericũ possessorẽ, nihil est immutatum. q̃ oĩa no. facit in aut. de here. ⁊ fal. §. fi. qð no. extra de elec. c. coram dilecto. Et aduertas: prout voluit. d. l. fi. ⁊ ibi Bal. ꝙ absentiã inducim⁹: al's iudicamus a domicilio: nõ aũt a ꝑsona habitãtis. ¶ Ex q̊ infert, ꝙ si heres (ꝯ quem ꝓscribit̃) habitet ĩ prouincia ꝓscribẽtis: si tñ domiciliũ nõ in prouĩcia ꝓscribentis hʒ: sʒ hʒ ĩ alia prouĩcia distĩcta ⁊ separata: nõ ꝓscribitur ꝯ eũ, tanq̃ ꝯ ꝓsentẽ, spatio. x. annorum. qꝛ in hoc articulo, ⁊ ꝓsentes, ⁊ absentes consyderamus, ẜm idẽtitatẽ ⁊ distãtiã domiciliȷ̃ vtriusq̃. vt. d. l. fi. ex quo infert, quod tali absenti sic consyderato, nũ q̃ absenti tãq̃ leso concedit̃ restitutio. ita intelligatur. d. l. fi. Alia absentia consyderatur ratione ꝑsone: vt si pones vtrũq̃ esse eiusdem domiciliȷ̃, vel etiã diuersorum: tñ ꝓpter talem absentiã factã a domicilio per alterũ ipsorum, ex iusta cã petitis contra quẽ prescriptũ est in integrũ resti. ⁊ tũc, restitutio hʒ locum. et de hac absentia loquitur. l. ij. et. l. si ab hostibus. ff. ex qui. cau. ma. ⁊ de ista ratione vide sing. Bart. in. l. j. §. si quis aũt propter. ff. de itine. actuq̃ priua. ⁊ Ang. et Salic. in. d. l. fi. ⁊ glos. singularem in. l. sicut. ff. quemad. ser. amit. ⁊ no. Spe. in ti. de prescrip. §. fi. versi. pone colon⁹. ¶ † In glo. dñia rerum. in fi. No. bene istã gl. q̃ dicit ꝙ ꝑ vsucapionẽ q̃ritur dñiũ directum. [a] sed ꝑ ꝓscriptionẽ. x. vel. xx. annorum, queritur vtile dñiũ. ⁊ in prescriptione. xxx. vl' xl. annorum, si habuit bonã fidẽ et nõ al's. vt no. gl. ⁊ Cy. et Bar. ⁊ aliȷ̃ in aut. nisi tricennalis. C de bo. mater. et Dy. in regula. ij. de reg. iur. in. vj. et barto. i. l. iij. ff. de vsuca. ⁊. l. j. in fi. ff. de aqua plu. arcen. ꝑ illũ tex. de quo vide latissime Sali. in. l. traditionibus. C. de pac. Et ꝙ per prescriptionem q̃ratur vtile dñiũ: voluit etiam Ray. in. d. aut. nisi tricennalis. ⁊ alleg. pro casu. l. si dno. §. iulianus. ff. de iureiurã. Sed ille non est suus tex. sed ipsum alleg. gl. hic. et ista doctrina communiter tenetur. lʒ Bal. in dicta aut. nisi tricennalis. dicat: Aut quis prescribit rem meã me sciẽte ⁊ patiente: ⁊ tũc per dictam ꝓscriptionẽ acquirat directum dñiuʒ. qꝛ videt̃ habere ꝯsensum: iure dñiȷ̃ dicte rei. ⁊ ita intelligatur opiñ. Mar. Aut prescribit, me ignorante: ⁊ acquirit vtile. ⁊ ita ĩtelligat̃ opi. Bal. Et ista consyderatio satis placet. Sed prima est cõis opi. de quo plene per Jo. an. in regula possessor. de reg. iur. in. vj. in. iiȷ̃. arti. ⁊ ibi Pet. de anch. de quo ẽt dixi i. l. si finita. §. iulia. ff. de dã. ĩfec. ¶ In gl. fi. in fi. dic vt dicam in. §. error. j. eo.

SVMMARIVM.

1 Vsucapio, ad hoc vt impediatur, sufficit etiam, quòd quis ciuiliter tantùm possideat.

2 Casus in quibus perditur ciuilis possessio.

b **Sed aliquando.** [b] ¶ Hõ liber, res sacra vl' religiosa, ⁊ seru⁹ fugitiu⁹, nõ põt vsuca. h. d. ¶ Not. ꝙ aliqñ titul⁹, et bona fides, ⁊ possessio, patrocinãt̃ ad vsucapionẽ: qñ res ꝓhibita ẽ vsucapi. ¶ No. ibi tẽpore vllo. ꝯiũcta glo. ꝙ illa ṽba ĩportãt pluralitatẽ diuersorũ tẽporũ. ¶ No. ꝙ seru⁹ fugitiu⁹ ẽt cũ ti. ⁊ bõa fide, nõ ꝑt vsuc. facit. l. j. cũ materia. C. de ser. fugi. ¶ No. ꝙ liber hõ, lʒ retineat̃ bona fide (vt seru⁹) etiã ꝑ. xl. annos: tñ nõ ꝓscribit̃, vt hic. ⁊. l. fi. C. de ꝓscrip. lon. tẽp. q̃ ꝑ lib. dat̃

lex. xij. tabu. et. l. attilia rerum furtiuarum inhibuit vsucapionem: et lex iulia. ⁊ plautia. inhibuit vsucapionẽ rerũ vi possessarum: sed qð diximus rerum furtiuarum, ⁊ vi possessarum, vsucapionẽ per leges supradictas inhibitã esse: non intelligas istã prohibitionem specialem, ideo vt neq̃ ipse fur, neq̃ violentus possessor, vsucapere possit. Nã in huiusmodi furib⁹, et violẽtis possessoribus alia ratione (vcʒ generali) vsucapio non ꝓcedit v cʒ quia mala fide possident, cũ conscientiam rei aliene habeant, idcirco prohibitio specialis ĩ eis nõ erat necessaria. sʒ ideo facta fuit prohibitio specialis vt nec vllus alius, q̃uis bona fides hmõi res furtiuas, et vi possessas emerit, vel in dotẽ acceperit vl' qualibet alia iusta cã eas vsucapere possit et hec cõtinent̃ in tertia particula prime ꝑtis princi. vsq̃ ad illum. §. vñ. Hic ĩcipit quarta pars prime ꝑtis princ. in qua sic pone casuʒ. Domine vos dixistis mihi supra, ꝙ res furtiue ⁊ vi possesse vsucapi nõ possunt: vñ videt̃ ex hoc inferri posse, ꝙ in reb⁹ mobilib⁹ vix possit habere locũ vsucapio. licet aliq̃s bõa fide ⁊ iusto titulo res alienas mobiles possideat qui eñ rẽ alienam mobilem vendiderit: vel quecunq̃ alia iusta causa sine volũtate domini tradiderit eam contrectare inuito domino intelligit̃: et ita furtum eius cõmittit. ⁊ sic videtur ꝙ res furti vitio affecta, vsucapi nõ possit ⁊ hec dicunt̃ in quarta particula ꝑme ꝑtis princi. vsq̃ ad illum. §. Sed tamen ⁊c.

nisi sit ascriptiti⁹. q lʒ sit hõ liber: tñ qꝛ est ascriptus glebe: põt vna cum fundo prescribi. vt. l. cum satis. §. cũ aũt. C. de agri. ⁊ censi. lib. xi. ¶ In gl. sacram. in fi. dic ẜm Jo. fab. hec non videt̃ bona fallentia: qꝛ si desinit esse sacra: nihil tũc agitur de prescriptione rei sacre. Et aduertas, ꝙ id qð dꝛ, intelligitur de tali re sacra, q̃ in nullius bonis, vel dñio eccl'ie ꝓscribi põt: vt in aut. quas actiones. cum ibi not. C. de sacrosanc. ec. sed ꝑ. xl. annos prescribatur. ⁊ vide not. ff. de mor. infer. al's de relig. l. loca. ¶ In gl. fugitiuum ibi. l. j. dic. ⁊ est rõ. vt ibi. vcʒ, ne fuga seruorum, dñis suis ex 1 quacunq̃ causa possit esse damnosa. ¶ † In ea. ibi. non currit prescriptio possidenti. No. et tene menti. ꝙ ad impediendũ vsucapionem, sufficit etiã ꝙ quis ciuiliter tñ possideat. qñ alius (q̃uis titulũ, ⁊ bonã fidẽ, ⁊ possessionẽ naturalem habeat) tñ prescribit ꝯ dñm, qui etiã ciuiliter tãtũmodo possidet: facit. l. clã possidere. §. q ad nundinas. ⁊ no. in. l. j. in princ. ff. de acqui. pos. cõiuncto eo qð no. ꝑ gl. ⁊ doc. in. l. iij. §. ex cõtrario. ff. de acqui. pos. ⁊ in. l. j. C. de ser. fugiti. ⁊. l. q fundũ. §. seru⁹. ff. ꝓ empto. Qñq̃ sola ciuilis possessio, est apta ad vsucapionẽ parandã: vt. l. q fundũ. in prin. ⁊ ibi gl. ⁊ Bart. ergo multo fortius dʒ potẽs eẽ ad vsucapionẽ, cõtra se impediendã. ar. l. patre furioso. de his q sunt sui vel alie. iur. Ac etiã ciuilis possessio est apta nata ad acquisitionẽ fructuũ vt no. gl. Dy. Bar. ⁊ doc. in. d. l. iij. §. ecõtrario. ff. de acq. pos. ⁊ videt̃ tex. ĩ. l. q scit. §. alieno. ff. de vsuris. ¶ Tertio qui hʒ ciuilẽ põt intẽtare vti possidẽtis: ne turbetur ab eo q hʒ naturalẽ: vel etiã põt agere interdicto vñ vi, vl' interdicto qð vi, aut clã, vel ꝑcario a dicto possessore ciuiliter. vt no. gl. ⁊ Bar. ⁊ doc. in. d. l. clã possidere. §. fi. cũ. l. seq. de acq. po. ¶ Quarto, qð habẽs ciuilem, põt cõueniri, ⁊ agere rei vẽ. vt no. glo. in. d. l. clã. §. fi. cũ. l. seq. ⁊ gl. Barto. ⁊ doc. in. l. põponi⁹. §. si is qui ꝑcario. co. titu. cõiuncta. l. officiũ. ff. de rei ven.
2 ¶ † In ea. gl. in fi. No. duos casus ĩ quib⁹ perdit̃ ciuilis possessio in seruo fugitiuo: vcʒ qñ ab alio occupatus seru⁹, qñ diu stetit. ¶ Adde ꝙ gl. i. l. si is qui. §. si seruus. ff. eo. dĩt qð iste scðs casus nõ ꝓcedit: quatuor cõcurrentib⁹ vcʒ qñ gerit se ꝑ libero. item si diu gessit pro libero: itẽ bona fide: itẽ qð paratus sit subire iudicium liberale. Sed gl. in. l. qð aũt. ff. de libe. cã videt̃ velle ẜm vnã solutionẽ. Aut gessit se ꝑ libero bona fide ⁊ tũc statim dñs est priuat⁹ possessione. secus si mala fide. qꝛ tunc requirit̃ ꝙ diu moratus fuerit. Et hoc sequit̃ Inn. in. c. de seruorum. extra de ser. nõ ordi. Sed ꝑma opi. est verior: vcʒ ꝙ siue bona fide: siue mala fide, seru⁹ se ꝑ libero gerat: nunq̃ dñs ꝑdat possessionem: nisi post. x. annos: qꝛ tunc elapsis. x. annis, presumit̃ obliuio. ⁊ ideo causat̃ extũc qð desinit possidere. vt no. gl. ⁊ doct. in. l. j. C. de ser. fugi. ⁊ in. l. si id. in ꝑn. ff. de acq. pos. ⁊ ĩ. l. qð aũt. j. eo. ⁊ ibi dicã. Et istã opi. sequit̃ Bar. ⁊ Jo. de imo. ĩ. l. j. §. ꝑ seruũ. ff. de acq. pos. facit qð habet̃ in. l. iij. §. si seru⁹ quẽ. eo. ti. ⁊c.

SVMMARIVM.

1 Vendens rem alienam mobilem scienter committit furtum.

2 Vitiũ reale est furtum, & vis expulsiua, & ablatiua.

3 Excipi an posit de vitio autoris: contra successorem in iudicio agentem.

c **Furtiuæ.** [c] Res furtiua, vl' vi expulsiua possessa non põt vsucapi, vl' ꝓscribi, ẽt ꝑ bonefidei possessorẽ, ⁊ emptorẽ. Et vendẽs rẽ alterius, sciẽter, cõmittit furtũ. h. d. ¶ No. ꝙ nõ tñ in libero hoĩe ⁊ aliȷ̃s reb⁹. s. pri. §. cõtẽtis, cũ titulo, ⁊ bona fide, ⁊ longa possessiõe nõ ꝓcedit vsucapio. sʒ nec etiã in re furtiua, vel vi ablata. ¶ No. ibi inhibet, ꝙ lex ꝓhibet rẽ furtiuã, vel vi ablatã vsuca. ⁊ sic lex restitit vsucapiõi. ¶ No. ꝙ lʒ fur vel raptor possideat: tamẽ dicunt̃ mala fide possidere, ⁊ cũ vitio. ¶ Not. ꝙ emptor

q emptor bōa fide, a fure, vł raptore ⁊ sic q hz autorē vitiosum nō pscribit.
1 ¶ †Not. q eo ipso q qs rem alienā mobilē sciēter vēdit, cōmittit furtū. ⁊ p
consequēs, afficit vitio furtiuitatis. vt no. in. l. vitia. ff. de acq. pos. ⁊ iō effici
tur in vsucapibilis. ¶ In gl. qđ vi. in fi. no. illā legē. si vi vł metu. q dñs fa
cta emptione de voluntate dñi lz coacta tñ pscribit. ʒ. l. sequit. §. lana. ff. eo.
Sed dic, qđ etiā dñs pscribit iuri qđ sibi deficit. vt ibi no. p glo. ⁊ doc. ⁊ sic
nō prescribit dño qr dñs est: sed iuri qđ sibi deficit. ¶ In gl. predicta in fi.
a nō tantū ab emptore. xxx. annis pscribit: sz etiā ab ipso raptore: vt. d. l. oēs[a]
qđ verum de iure ciuili. de iure vero canonico nō pscriberet in eternū: qr est
male fidei: vt. c. fin. de prescrip. sed emptor ab eo q fuit bonefidei prescribit
xxx. annis. vt in aut. malefidei. de pscrip. lon. tēp. de intellectu illius aut. de
multiplici illi⁹ limitatione vide q plene scripsi. j. de actio. §. sed isto. in ver.
qro ab extra cū supra vidim⁹. dic oīno vt ibi ⁊. j. dicā in isto. §. in glo. cōpe
tunt. ¶ In gl. possunt. ī fi. dic vt plene no. ⁊ ibi plene dicā. vbi meli⁹ cadit.
¶ In gl. vi possessarū. in fi. no. hñ illū. §. q ad hoc vt res efficiat vitio rea-
lis violētie opz vt duo cōcurrāt ī violētum: vidz q expellat vi ⁊ ipse in-
tret possessionē. si aūt alius bona fide intret possessionem lz possessor fuerit
ab alio deiectus p violētiam: nō afficit res vitio violentie. ¶ Et aduertas
ibi: q dicto vitio violētie res afficit etiā si ille qui fuit expulsus erat etiā p-
do ⁊ violator ⁊ nō dñs rei: qr rem violētia commissa in re ⁊ nō in psona cō
syderamus. facit. l. j. §. si vi amit. cū ibi no. in gl. ⁊ per Bart. ff. de vi ⁊ vi ar-
ma. qđ no. ¶ In gl. alia rōne. in fi. dic ad cōtrariū. q si rō generalis ⁊ spe-
cialis a lege pcedunt: tñ hz locū iste tex. secus si gñalis a lege ⁊ specialis ab
hoie: qr tunc agit p specialē. vt in cōtrario. ¶ In gl. vñ. ⁊ in rebus ibi q ex
2 delicto nascunt. §. j. dic vt ibi dicā. ¶ †In gl. cōpetunt ibi. l. pōponi⁹. §. fin.
dic q vitium reale est furtū: et vis expulsiua ⁊ ablatiua vt hic nō compulsi
ua. vt. l. ij. C. qđ metus cau. ⁊. l. j. C. e. Itē res data presidi. vt. l. pe. ff. ad legē
iuli. repe. quasi reale est ⁊ t qñ potius fauore psone q rei impedit vsucapio.
vt in rebus pupilli. vt. ff. de acq. rerū domi. l. bone fidei. ⁊ in re fisci. vt. j. eo. §.
fisci. precariū aūt dicit vitiū psonale: qr hz scientiā rei aliene. iō non vsuca-
pit. vt. ff. de publica. l. quecūqz. §. j. Idem in clādestina possessione. l. furtū.
§. fi. cū. l. seq. ff. eodē. vitiū aūt litigiosi dicit quasi reale. vt. l. j. C. de prescrip.
lon. tēpo. vitia aūt psonalia sunt dolus: mala fides sciētia rei aliene. ita dicit
gl. ⁊ doc. in. l. vitia. C. de acquir. pos. ⁊ gl. Bar. Ang. ⁊ alij in. l. pomponi⁹. §.
cū quis. ff. de acq. pos. ¶ Quero ergo viso q sunt realia ⁊ q personalia vi-
tia. Videamus, an ⁊ que noceāt successoribus ⁊ quib⁹. Et dic q si est vitiū
reale: ita res sit vitio affecta: tunc etiā singulari successori nocet. vt hic si ve
ro sit vitium psonale distingue an sit successor singularis. Et tunc aut vult
vti accessione sui autoris ⁊ ei nocet. vt. l. pomponi⁹. §. j. ⁊. §. fi. de acqui. pos.
Aut non vult vti tali adminiculo, sz vult incipere vsucapionē a se. Et etiā
de iure antiquo et nō pōt. vt, an vitium. ⁊ qđ ibi no. ff. de diuer. ⁊ tēp. pscri-
ptio. hodie non pōt. vt. C. eo. tit. aut. male fidei. de cuius intellectu statim di
cam. aut est successor vniuersalis: ⁊ tūc siue sit de suis. vt. l. in suis. de libe. ⁊
postbu. siue extraneus ei nocet. vt. l. fin. C. de vsuca. p herede. ⁊ maxime ho-
3 die. vt. d. aut. male fidei. ¶ †Quero an de vitio autoris possit excipi cōtra
successorem in iudicio agentē dic. aut est vniuersalis: ⁊ pōt: qr est eadem p-
sona cū defuncto. aut est singularis: ⁊ tunc, aut hz causam lucratiuā vel qua
si: ⁊ nocet: aut onerosam ⁊ tūc si vtit adminiculo sui autoris ei nocet. aut nō
vtitur: ⁊ tūc aut res reuersa est ad dolosum et nocet ⁊ excipi pōt. aut nō est
ad eum reuersa: ⁊ nō nocet. vt. l. apud celsum. §. de autori. ⁊. §. si quis. ⁊. §. li-
centia. ⁊ ibi Bar. ff. de exceptione do. de quo p glo. in. d. l. vitia. ⁊ ibi Dy. et
Barto. ⁊ doct. ⁊ Imo. in. l. doli. ff. de noua. de quo dic vt dicā. j. de excep. in
prin. ¶ In eadē gl. in fi. dic, q dicta aut. male fidei. ⁊ dict⁹. §. rursus. ī aut.
vt spon. larg. vñ sumitur, hz locū in pscriptione: nō aūt in vsucapione rerū
mobilium ⁊ sic nō est extendenda. ita cōiter dicit p Bar. in. d. l. pomponi⁹.
§. cū quis. ff. de acqui. pos. sz Irnerius qui fecit dictā aut. male fidei. posuit
etiam de vsucapione qđ ibi Sali. p plures rōnes pbat. dic vt ibi. ¶ Scđo
loquit qñ verus dñs rei prescribēde est ignorās: ergo nō haberent locū co
sciente. dic vt ibi per Bar. ⁊ Sali. ¶ Tertio loquit in primo emptore qui
emit a malefidei possessore. Non aūt loquit de scđo emptore mediato. ⁊ sic
illa aut. istam materiā pscriptiōis determinat: ⁊ non corrigit. ita dt Bart.
in. d. §. cum qs. et docto. in. d. aut. malefidei. ¶ Quarto illa aut. loquitur in
prescriptione longi tēpo. sz non longissimi qđ apparet: qr ipsemet male fi-
dei possessori non nocet mala fides sua ad pscriptionez longissimi tēporis.
¶ Quinto, illa aut. hz locū in alienatiōe voluntaria: secus in necessaria. vt
no. in. l. pomponi⁹. §. si iussu. ¶ Sexto dicit Bart. i. l. rē q nobis. ff. de acq.
pos. in ver. sed volendo sustinere gl. ⁊ Inn. q sicut ille qui hz causam a ma-
le fidei possessore tñ nō prescribit. ita nec hz publicianā. vt. l. cum q. in pnc.
ff. de publi. et de hoc est gl. ī. d. l. cū q. §. ptor. ⁊. §. in hac. in fi. de pub. Sz hoc
est falsum. vt no. Bal. ⁊ Ang. i. d. l. cū q. §. ptor. ff. de publi. et no. Ja. ⁊ Cy.
ī. d. aut. male fidei. ⁊ no. Bal. in. l. ancille. C. đ fur. ⁊ dic vt dicā. j. de actio. §.
sz iste. in v. qro ab ex vidim⁹. s. ¶ Septimo, Ange. i. l. q rē. ff. eo. dt qđ illa
aut. dz itelligi de habēte causam ab eo q habebat malā fidē a pncipio pos-
sessionis. Sec⁹, si postea superuenisset mala fides: p gl. i. l. itē si res. de alie.
iudi. mu, causa fac. Et est rō: qr đ iure nřo mala fides superueniēs nō nocet
ipsi male fidei possessori. multominus alteri. ¶ Octauo qro obligo tibi oīa
mea bona postea sciēter alieno fundum. an emptor poterit prescribere con
tra creditorem. ⁊ dicit Ange. q sic. qr illa aut. hz locum in pscriptiōe dñij:
non aūt pignoris. ¶ Nono nō hz locū qñ tractat solūmodo de acquisitio
ne fructuum: qr ibi loqmur tātūmodo de acquisitiōe rei. ita no. doc. in. l. vi
tia. ⁊ ibi Flori. C. de acqui. pos. ¶ Decimo nō habet
locum vbi ad prescriptionē sufficit bona fides sine ti
tulo. vt in seruitutib⁹. vt. l. si qs diuturno. ff. si ser. ven
di. ita vult Jo. an. in. c. j. de prescrip. in. vj. ¶ Unde-
cimo non hz locum nisi in pscribente actionem qr in
illo nō loquit: ita dicit ibi Jac. ⁊ Cy. ¶ Duodeci-
mo illa aūt, solūmodo hz locum qñ agit de mala fide
vera: ⁊ non de ficta: ⁊ ideo vbi agitur de mala fide pre
sumpta cōtra veritatem nihil innouat. vide Bald. et
Ang. ⁊ qđ ibi habet in. d. l. eum qui. §. ait pretor. ⁊. §.
publiciana. de publi. que oīa no.

a ❋ ADDITIO. ¶ Dicta. l. oēs. Adde ea q no. in. l. sicut. e. ti. ⁊ vide gl.
in. l. fi. C. vnde vi. ⁊ ea que no. in. l. ij. ff. qđ metus causa.

b ¶ Sed tamē id. Hic incipit quinta pars prime partis pncipalis in qua
sic pone casum. dicit Justini. q q̃uis superiori ratiōe videbat qđ res mo-
biles vsucapi non pñt: posset tñ aliquando res se aliter habere. Nā si apud
defunctum aliqua
res erat deposita,
aut ipsi defuncto
cōmodata, vel lo-
cata quē heres in
eius hereditate re
periēs crediderit
de bonis heredita
rijs esse, ⁊ hmōi rē
alicui bōa fide acci
pienti vendiderit:
aut donauerit aut
dotis nomine de-
derit. aut quolibet
alio iusto titulo
sufficiente, ad dñij
translationē citra
diderit in his casi
bus nō est dubiū
quin ille qui hu-
iusmodi rem bona
fide acceperit, eam
vsucapere possit:
qr in pdictis casi-
b⁹ huiusmodi res
mobiles ab here-
de bona fide ⁊ iu-
sto titulo tradita,
vitio furti non est
affecta. heres enī q
huiusmodi rē tan-
q̃ suam bona fide
alienauit furtū nō
commisit ⁊ non so
lum ī predictis ca
sibus hz locū vsu-
capio: sz etiam in
alio casu. Nam si
vsufructuarius an
cille crediderit par
tum eius vsumfr.
esse, ⁊ idcirco par-
tum ancille credēs
esse suum alicui bo
na fide ementi ven
diderit: iste fru-
ctuarius furtū nō
cōmittit ⁊ hoc se-
cundum illā regu
lam generalē, qua
cauetur furtum si-
ne affectu furandi
non committi. et
nō solum his mo
dis sed ⁊ alijs mul
tis modis potest
accipere. vt cū qs
rem alienā mobi-
lem sine vitio fur-
ti in alium trāsfe-
rat. et ita efficiat,
vt a bōe fidei pos.
vsucapi possit. et
hoc dicunt ī quin
ta particula pme
partis principa-
lis vsqz ad illum
§. qđ autez ad eas
res ⁊c.

SVMMARIVM.

1 Error iuris excusat à furto.
2 Quelibet leuis excusatio, etiā iniusta, excusat à dolo.
3 Mala fides defūncti nocet heredi siue heres velit vti accessione defuncti, siue velit præscriptionē inchoare.
4 Eò quia hæres est obligatus exonerare conscientiam defuncti.
5 Hec conclusio non procedit in quatuor casibus secundūm Baldum.
6 Quid sit mala fides. & nu. 7.
8 Mala fides quomodo probetur.
9 Vicinus presumitur scire facta vicinij.
10 Mala fides defuncti: in persona heredis purgatur.

b Sed tamen id. [b]Heres alienādo rem
alienam inuentā in he-
reditate nō cōmittit furtum: ⁊ in ea pcedit vsucapio
idem in fructuario ancille alienante partū ipsius quē
ad se spectare putabat. h. d. ¶ Not. q error in facto:
qr putabat rem depositā penes defunctū fore heredi
tariam: excusat a furto. ⁊ p cōsequens facit q res nō
afficiatur vitio furtiuitatis ⁊ qđ accipiēs eā ex quo-
libet cōtractu lucratiuo: vel oneroso pio vel non pio,
vsucapit. ¶ Not. q alienans rem alienam bona fide
1 possessam non cōmittit furtū. ¶ †No. in versi. itē si
ille. q error iuris excusat a furto: lz error iuris nō sit
excusabilis: imo punibilis. vt. l. late. ⁊. l. lata. ff. de vb.
sig. et est ratio vt hic dicit qr furtū sine dolo nō com
2 mittitur † ⁊ qlibet leuis excusatio etiā iniusta excusat
a dolo. vt. l. j. in fi. ff. de abig. ⁊. l. plagij. la. ij. cum glos.
C. de plagiarijs. ⁊ no. Bar. in. l. iuste. in fi. ff. de acqui.
pos. ⁊ in. l. penul. ff. de adul. et. l. j. §. j. ff. si quis. test. lib.
esse iussus fue. et est text. in. l. igitur. §. j. ff. de libe. cau.
igitur ⁊c. ¶ No. q error iuris in tradēte nō impedit
vsucapionem in accipiente bona fide. ¶ In gl. acci-
pienti ibi q est falsum. ⁊ q hic tenet glo. fortifica per
plures leges. ⁊ primo p legē primā ⁊ per gl. ī. l. nihil.
C. pro here. q est verū de iure ciuili. scđm Dy. sz con
trarium verum est de equitate canonica. vt no. Dy.
in. c. possessor male fidei. in penul. q. extra de reg. iur.
in. vj. et Bart. in. d. l. cū heres. ff. de diuer. ⁊ tēp. pscri.
dicit q heres pōt pscribere nō obstante mala fide de
functi si heres velit incohoare pscriptionē in psonam
sui. Et etiam hoc sequit Bal. in. l. eū qui. §. in hac. ff.
de pub. ⁊ Joan. de imol. in. l. qui sequitur. §. si heres.
ff. eo. ⁊ Raph. in. l. pōponi⁹. §. j. de acq. pos. ⁊ ibi dixi.
3 ❋ ADNOTATIO. †Cōis opinio firmat cō-
tra dinū īdistincte q mala fides defuncti nocet here
di siue heres velit vti accessione defuncti siue velit p-
4 scriptionē incohoare in psona sua † eo qr heres est obli
gatus exonerare cōscientiam defuncti. c. fi. extra de se
pul. butrius: Panor. ⁊ felinus in. c. si diligēti. extra
de foro compe. ⁊ in hāc sententiam iuit alex. ꝯsil. 84.
col. j. vol. primo. ad idē cōsi. quarto. videretur. col. fi. ⁊
consi. 89. viso puncto. col. iij. ac. cōsi. 213. viso. col. pe.
libro. ij. et Roma. cōsi. 201. p decisione ⁊ panor. con-
si. 9. nitor in psenti, et hāc ēt exclamat cōmunē balb⁹
de prescrip. in. ij. parte tertie. versi. breuiter nume. 12. et
in ver. sed propterea. eodē numero circa finē dicit ab
hac opinione tanq̃ communi nō esse recedēdū iudi-

a ¶ Qd autē. Hic incipit secūda pars principalis: quā ob euidentiorem iuuenū doctrinam, diuidas in sex particulas: ⁊ plana est. In quarum prima particula, ponit exemplum de prescriptione rerum immobiliū: qn̄ locum h3. in secunda particula, determinat qualiter debeat intelligi regula de rebus furtiuis, et vi possessis. In tertia particula, determinat de quibusdam rebus, q̃ propter eorum priuilegiū vsucapi non possunt. In q̃rta particula ponit regulā generalē: qn̄ locū h3 p̃scriptio, vel vsucapio. In quinta particula, determinat d̓ tempore vsucapionis, vel prescriptionis inter predecessorē, et ei⁹ successorem ↄtinuando. In sexta et vltia pte, determinat d̓ quibusdā specialib⁹ p̃scriptiōib⁹, que h̄nt locū qn̄ fisc⁹ vēdidit rē alienā: vt suam. Pone igitur sic casum. In prima particula scd̓e partis pri cipalis. Dn̄e, vos posuistis mihi multa exēpla de vsucapio. rerū mobiliū. sed dicatis mihi qn̄ locū h3 vsucapio rerū īmobiliū. Ad hoc respōdet, q ad p̃scriptionem earū rerū q̃ solo continent, expeditius ita procedit vsucapio: vt si qs sine vi nact⁹ fuerit possessionem alicui⁹ fundi vacātis: qd pōt varijs modis cōtingere. aut vc3 propter absentiam dn̄i: aut propter eius negligētiā: aut dn̄s fundi sine successore decesserit: l3 ip̄e qui occupauit, mala fide possideat: cū intelligat se alienum fundū occupasse, si tamē ali bōa fide accipiē ti hmōi fundum tradiderit: poterit ille cui traditur prescribere: et hoc ideo: q2 huiusmodi fund⁹ non vr̄ vitio affectus: cū ille qui fundum acceperit, neq3 furtiuum, neq3 possessum accepisse intelligatur: ex quo iste fund⁹ non sit furtiu⁹, pater tali rōne: q2 rei immobilis furtū fieri nō possit. abolita est em̄ quorundam veterum sententia, qui putabāt totius fundi, vel partis ipsius, furtum posse cōmitti. patet igitur, q cum hmōi fundus non sit furtiuus, nec etiam vi possessus, prescribi possit. principalibus em̄ constitutionibus prospectum est: ne alicui eo⁊ qui res mobiles bona fide possidēt longa et indubitata possessione, auferri debeat: et hec in prima particula scd̓e partis principalis: vsq3 ad illum. §. aliquando ⁊c.

¶ Aliquando. Hic incipit scd̓a particula secūde partis p̄ncipalis in qua sic pone casū. dn̄e, vos dixistis mihi supra q res furtiue et vi possesse vsucapi n̄ pn̄t. nūqd h̄ gn̄aliter est verū: q res semel furtiua, ⁊ semel vi possessa, nūq̄ possit vsucapi. Ad hoc rn̄det q nō. nam res quōdā furtiua vel vi possessa aliqn̄ vsucapibilis efficit: veluti si postea reuersa fuerit in dn̄i potestatem: tūc em̄ purgato vitio qd vsucapionem eius impediebat, bene poterit vsucapio eius procedere. et hec dicunt vsq3 ad illū §. res fisci.

ADDITIO.

¶ Ad man⁹ dn̄i dic, idē ē si reuertatur in potestatē quasi domini: puta, tutoris, curatoris, vl̓ alteri⁹ administratoris. l. iiij. §. quod autem. ff. e. ti.

5 cando ⁊ ↄsulendo † q ibidē numero limitat hāc ↄclusionē nō p̄cedere, i quatuor casib⁹ ibidē p eūdē no-
6 tatis vbi d̓t opinionē3 dini ⁊ sequaciū p̄cedere ⁊ ita intelligo aretinū hic q dinū sequit qd est notādū † s3 qd est mala fides, ad quod rn̄deo, qd est cōsciētia seu sciētia rei aliene in ca. virgo. 33. q. 2. et notauit panor. in. c. cōsultationib⁹. extra de iure patrona. ⁊ Balbus
7 in. l. celsus. i. iij. pte. col. penul. nu. 21. † ⁊ est duplex, vera ⁊ p̄pria qn̄ qs scit rē esse alienā ⁊ fictā qn̄ ex psona sui autoris quis p̄sumit esse in mala fide. Balbus d̓
8 p̄scrip. in. ij. pte tertie ptis ver. tertio q̃ro. nu. p̄mo † p bat aūt mala fides possessoris, si fuerit sibi denūtiatum. itē si corā testib⁹ dixerit se scire rē esse alienā, tertio, si fama erat in vicinia ⁊ ip̄e erat vicinus bar. in. l. celsus. ver. s3 q̃liter. nu. 18. de vsuca. in pand. ⁊ quo ad vltimū cōsuluit. card. cōsi. 38. p̄mo rōnes. col. j. dicēs q fama ⁊ cōis opinio, seu notoriū malā fidē inducūt
9 quod no. † nā vicinus p̄sumit scire facta vicini. c. q̃pto extra de p̄sumptionibus qd declara, et limita vt per scribē. post Bart. in. l. p̄ma de reb. cred. in pand. ⁊ ibi dixi. Anto. Caius. ¶ Aduertas tn̄ q l3 heres possit inchoare p̄scriptionē in psonam suā, ⁊ vsucapere tn̄ tenet exonerare ↄsciētiā defuncti: ⁊ trahere animū ipsius defuncti de peccato. ⁊ sic rē restituere. ita dicit singulariter ant. de bu. in. c. si diligēti. de p̄scri. ⁊ Jo. de imo. in. c. si. in. iij. col. e. ti. ¶ In ea. gl. in si. dic plenius qn̄ h3 locū pro herede. vt not. gl. plene in rub. ff. pro herede. ¶ In glo. itē non cōmittit. in fi. dic tu: q prodest error iuris, ad p̄scribēdū ipsi errāti. vt. l. contraria. s3 alij sic. vt hic. ⁊ est rō. q2 res non est furtiua. ergo vsucapibilis. ita d̓t Bar. in. l. pōt plurib⁹. ff. eo.
10 ¶ Ex quo infert q in psona † heredis, purgat mala fides defuncti. ¶ Sed q̃rit ibi Bart. qd si ciuitas vl̓ collegiū occupauit aliquā rē mala fide qn̄ hec mala fides purgat. Et rn̄. q mortuis omnib⁹ his qui a principio sciuerūt. arg. d. l. pōt. ⁊ no. extra de iure patro. c. cura pastoralis. q ppetuo no. Et materia erroris iuris vel facti, an impediat vsucapionē, vide tex. ⁊ glo. ⁊ Bar. in. l. si vir. ff. p donato.

SVMMARIVM.

1 Furtum, in rebus soli committi non potest.
2 Ad hoc vt perdatur possessio requiritur. q fuerit negligens per tempus arbitrio iudicis.
3 Res vacans, an efficiatur furtiua.

a Quod autem. [a] ¶ Malefidei possessor, transfert in bone fidei possessorē, rē nō vi possessam cum vsucapiēdi cōditione. itē in rebus soli nō cōmittit furtum: s3 illi q possidet cū titulo ⁊ bona fide, principalib⁹ cōstitutionibus subuenit. h. d. ¶ Not. q qn̄q3 possessio fundi pōt esse vacās: vel p̄pter absentiā vel p̄pter negligētiā: vel p̄pter iniuriā dn̄i vel ēt si sine herede decesserit. ¶ No. q qs pōt ingredi (etiā sciēter) rē alienā ⁊ tn̄ nō efficit vitiosa, vt si ē res vacua. ¶ No. q itrās possessionem mala fide, tn̄ si sine violentia: vt q2 erat vacans trāsfert in accipiētē, vsucapiēdi cōditionem.
1 ¶ † No. q furtū nō pōt cōmitti in reb⁹ soli. ¶ No. q leges p̄hibent aliquē priuari sua antiqua possessione: qd intellige, vn̄ possedit titulo ⁊ bona fide, vt. s̄. e. in p̄n. Itē hoc verū, si res erat vsucapibilis. vt. s̄. e. §. sed aliqn̄. Itē q non sit res furtiua, vel vi abrepta. vt. s̄. e. §. furtiue. ¶ In gl. vacātis i fi. adde. l. ij. §. vacuam. cū. l. seq. ⁊ qd ibi no. ff. de actio. emp. ¶ In gl.
2 p absentiā. ibi dūmodo longū sit. ¶ No. gl. † ad hoc em̄ vt perdat possessio, requirit q fuerit negligens p tp̄s arbitrio iudicis, dūmodo nō sit in iure: ⁊ sit lōgū ⁊ obliuionē inducat. sed gl. Cy. ⁊ vltramō. in. l. j. C. de ser. fugi, d̓t simpliciter de. x. annis. ⁊ idē gl. i. l. si id qd in prin. ff. de acq. pos. d̓t q si nescis te possidere ex lōginquitate tp̄is, sed ex obliuione. Sed gl. i. d. l. furtū. §. j, intelligit q longū tp̄s d3 ḟm q iudici videbit, p qd obliuio inducat. non aūt longū. x. vel. xx. anno⁊. ⁊ sic vides q varie loquunt gl. ⁊ vide gl. i. l. cū querebatur. C. vn̄ vi. ⁊ i. l. l3. C. de acq. pos. d̓t qn̄q3 scio naturalem possessionē meā vacantē, occupatā p aliū si ne- b
gligo p modicū tp̄s: perdo ciuilē. q2 videor suspicari me posse repelli. argu. l. qd meo. in fi. ibi si vero. ⁊. l. q̃uis. ff. de acq. pos. facit. l. iij. §. cū igitur. cum ibi no. ff. d̓ vi ⁊ vi arma. Si v̓o ignoro ab alio occupatā: vl̓ scio vacātē. Tūc aduerte, qn̄ qs negligit naturalem, tāta negligētia q quasi res perit ex hac negligentia. tūc pdit etiā ciuilē possessionē3 ex sola negligētia. d. §. si forte. Qn̄q3 nō adhibet tātā negligētiā, q quasi tota res perijt. sed solūmodo nō vadit ad eādē. ⁊ tūc nō pdit ciuilē: nisi ex cursu lōgi tp̄is. ex quo obliuio inducit: vt. d. l. si id qd. cū glo. ⁊ hāc opinionē in hoc articulo sequit Ang. i. d. §. si forte. sed Raph. totū reliqt in arbitrio iudicātis, qui ex facti q̃litate debet dictā negligētiā cōsyderare. ar. l. volūtatē. C. d̓ fideicō. De quib⁹ cōiecturis habet in. l. fulcini⁹. §. quid sit latitare. ff. ex qui. cau. i pos. eat. et in. l. apud celsū. ff. de doli excepti. Et hoc vr̄ tenere Inno. i. c. querelā3. extra de elec. ⁊ per ↄn̄s poterit arbitrari longū et etiā min⁹. nam absurdum videt ḟm eū: cū in pdēdo dominiū, sufficiat negligētia decē anno⁊. vt. l. fi. C. de lon. tēp. p̄scrip. qd tātū tp̄s in pdendo possessionē q̃ est vtilis requirat. vt. l. si re3 aliquā. ff. de acquir. pos. et facili⁹ pditur. vt. l. si de vi. §. differētia. e. tit. Et sic etiā decē anni sufficiunt: qd placet etiā Jo. de imo. i d. §. forte. licet etiā aliud addit: vc3 q forte nō eēt inconueniēs, si arbitraret q per bienniū perdat: qm̄ tēpore antiquo, dominiū qd est maius pdebat. vt. s̄. eo. in prin. Ac etiā qui a tāto tempore i tributarijs, ⁊ dn̄iū, ⁊ possessio perdebat. vt. l. qui agros. C. de cōmu. agro deser. lib. xj. igit ⁊c. ⁊ hoc magis pl3 mihi. dic vt ibi p Imo. ¶ In gl. lōga possessiōe ibi presumit hodie talis possessio violēta. Sed gl. i. d. l. cū que- c
rebat. d̓t q hoc est verū quo ad penā inuasoris nō q res efficiat vitiosa. ⁊ hoc sequit ibi Cy. ⁊ cōmuniter doc. sed ibi Bar. d̓t aliter. saluādo ambas gl. vc3 cu3 etiā illa lex equiparet p̄uisionē illius. l. ad actionem
3 furti. ¶ † An autem res vacās efficiatur furtiua leges volūt q si res nunq̄ a dn̄o fuit possessa: vt q2 hereditaria tunc in ea nō cōmittit furtū. vt. l. hereditaria. ff. de furtis. si v̓o a dn̄o fuit possessa: l3 tēpore cōtrectationis nō possidebat, tūc cōmittit furtū. vt. s̄. de rerū diuisi. §. si. ⁊ ibi dixi. ita in proposito si res immobilis fuit occupata, que tn̄ antea fuerat possessa p dn̄iū efficit vitiosa vitio quasi violentie. ⁊ ita intelligat. d. l. cū querebat. ⁊ glos. hic. secus si a dn̄o nunq̄ fuerit possessa ⁊ ita intelligat. gl. ⁊ ibi qd multum mihi placet. ¶ In eadē glos. ibi ab vtraq3 parte, dic vt dix.. gl. ⁊ ibi dixi. s̄. eo. §. furtiue. in fi. ⁊c.

SVMMARIVM.

1 Res surrepta vsufructuario an posit præscribi.

b Aliquando. [b] ¶ Furtiua ⁊ vi possessa pn̄t vsucapi, vitio purgato. h. d. ¶ No. modū purgandi vitiū furtiuitatis vc3 q
c res reuertat ad man⁹ domini. [c] ¶ No q remota causa impeditiua remouet impedimētū, ⁊ eius effectus. ¶ In gl. dn̄i. i fi. Dic idē not. gl. in. d. §. si rem. s3 ibi Bar. d̓t cōtrariū qm̄ qs nō pōt obligare rē aliena3. ff. de pig. actio. l. aliena res. in prin. ¶ Unde d̓t aut q̃rit an si res pignorata surrepta a dn̄o possit vsucapi. i. sit effecta vsucapibilis respectu p̄prietatis. ⁊ d̓t q sic: qn̄ reuersa est in dn̄i potestatē. vt. d. §. si rem pignori. aut q̃rit an sit effecta vsucapibilis respectu iuris qd h3 creditor i ea: ⁊ dico q nō. sed ego credo q gl. sit v̓a. q2 res aliena pōt pignorari cū volūtate dn̄i vt. d. l. si aliena res, ⁊ hoc vult gl. in. l. cū sit p̄batum. C. de vsu. p emp. Et ibi gl. distinguit aut debitor rē alienā obligat de dn̄i voluntate, aut suā. Si alienā: ⁊ ipse

ipſe debitor ſurripiat: q: diſtrahit: tūc nō pōt vſucapi, niſi reddeat in ptāte creditoris. vt. l. fi. ff. pro ſocio. Si autē debitor obligauit rē ꝓpriam ⁊ ſurripiat eā tunc cōmittit furtū: ⁊ dat̃ ꝯ eū actio furti: tñ pōt res vſucapi. vt. ff. de furt. l. cū heres. §. j. ⁊. d. l. ſequit̃. §. ſi rē. Si aūt extraneus ſurripiat rē creditori a dño obligatā, tunc nō vſucapit̃, niſi in dñi poteſtatē reuertat̃. vt. d.
1 l. ſequit̃. vt dt Cy. in. d. l. cum ſit ꝓbatū. ¶ † Quid ſi res ſurrepta eſt vſufructuario. Dic, ꝙ ad p̄ſcribēdū ꝓprietatē, requirit̃ ꝙ redeat in poteſtatē dñi: quo ad p̄ſcribēdū ius vſuſfructꝰ, requirit̃ ꝙ redeat in ptatē vſufructuarij. vt. l. inter oēs. §. hec actio. ff. de furtis. ¶ Quid ſi ſurrepta fuit bone fidei emptori? dic, ꝙ eſt neceſſe ꝙ nō in dictū emptorē, ſ; in dñi ptātē redeat. vt eſt caſus ſm intellectū gl. in. d. l. cū ſit probatū. qd no. ita dt Bar. in. d. §. ſi rem. ⁊ ibi gl. recolligit, ꝙ qñq; fit furtū, ⁊ oritur actio furti, ⁊ res efficit̃ furtiua. vt. s. eo. §. furtiue. Quādoq; fit furtū ⁊ res efficit̃ furtiua: non tñ orit̃ actio furti. vt. j. de obliga. q̄ ex delicto. §. hi. qñq; res nō efficit̃ furtiua, ⁊ committitur furtū: ⁊ dat̃ actio furti. vt. d. §. ſi rē. cui adde ꝙ qñq; h; locū actio non tñ fit furtū: nec res efficitur furtiua. vt. l. ſi qs ſeruo. C. de furtis. Qñq; furtum fit: nō tñ efficit̃ res furtiua: nec orit̃ actio furti ſi filius ſurripit rem aduentitij peculij. vt. l. ſerui ⁊ filij. ff. de fur. d quo ꝑ Cy. i. d. l. j. C. de ſer. fug. ⁊ per Bart. in. §. ſi rē. ¶ In gl. reuerſa ibi. ff. de fur. l. ꝗuis. dic ⁊. ff. eo. l. ſequit̃. §. tunc in poteſtate dñi ⁊c. Et de iſta ficta reuerſione in ptāte dñi. vide gl. ⁊ doc. in. l. ſi abducta. C. de fur. in v̊bo reuertat̃. ¶ In ea. gl. in fi. dic ꝙ requirit̃ ꝙ ēt ſit reuerſa tāq; poſſeſſio rei ſue. Ex quo ſequit̃ ꝙ ſi dñs ꝑ vim ex iteruallo pꝰ furtū ei factū abſtuliſſet: ꝙ tūc poſſet ab eo iuſte auferri ꝑ. l. ſi qs i tātā. C. vñ vi. ⁊. ff. d vi ⁊ vi ar. ſi qs a me. ⁊ ibi no. ſi dicā rē ſibi ſubtractā ñ emiſſe: vt alienā ñ pt tūc vſucapi. vt no. i. d. §. tūc i ptāte. dic vt ibi ⁊c.

SVMMARIVM.

a
1 Res fiſci. [a] ¶ † Res fiſci vſucapi nō pñt ante tñ ꝙ fiſco denūtiate fuerint, vſucapiunt̃. h. d. ¶ Not. fiſcu; habere priuilegium, ꝙ res ſua nō vſucapiat̃. ¶ Nota, ꝙ l; res debeat incorporari i fiſcū, tñ non h; priuilegiū ꝯ p̄ſcriptionē anteq; res ſit fiſco denūtiata. ¶ No. ꝙ denuntiatione facta in fiſcū: tūc fiſcus incipit habere ius. ¶ In glo. nō pōt ibi: ne rei domi. vel tem. dic ꝙ imo illa eſt ꝯtraria: q: ibi dr, ꝙ nullo tpe. ſed reſpōde, qd ibi ſpālem caſum obtinet. vt ibi no. ¶ In eadē gl. ibi de ſacroſan. eccle. l. fi. dic vt ibi plene no. ꝑ gl. et doc. ⁊ vide Dy. i. c. poſſeſſor. de reg. iur. in. vj. ¶ In eadē ibi. ff. de via publi. l. viā. dic vt ibi ꝑ Cyn. ⁊ doc. in. l. j. C. de quadriē. p̄ſcrip. vel latiꝰ ſm Bart. i. l. ꝗuis. ff. eo. et in. l. i oībꝰ. ff. de diuer. ⁊ tēpo. p̄ſcri. aut q̄ris de rebꝰ imperatoris, vel de rebus in patrimonio fiſci incorporatis: ⁊ preſcribuntur ſpatio. xxx. annorum. vt. l. oēs. C. de preſcrip. xxx. annorū. fallit in q̄tuor caſibꝰ poſitis in. l. fi. C. de ſacroſan. eccle. et C. de fundis patri. l. penul. ⁊. l. fi. ⁊ ibi vide bar. omnino. ⁊ de iſto vide. l. oēs. C. de preſcrip. xxx. anno. aut loquimur de rebꝰ incorporalibꝰ in fiſcū. ⁊ tūc ſi ſunt delata in fiſcū ꝓpter vectigal nō ſolutū. ⁊ ſufficit quadriēniū. vt. l. ij. C. de vectigal. ⁊ cōmiſ. aut ſunt delata ꝑꝑ aliquā cauſam. ⁊ tūc aut ſunt nuntiata fiſco, ⁊ ſpatio q̄tuor annoꝝ p̄ſcribunt̃. vt. l. iter q̄tuor. ff. de diuer. ⁊ tēp. preſcrip. ⁊. l. j. §. diuꝰ. ⁊ ibi Bar. ff. de iure fiſci. aut nō ſunt nūtiata fiſco. ⁊ tūc ſi poſſidet titulo. ⁊ tūc ſufficit. x. vel. xx. an. ſpatiū. vt. d. l. ꝗuis. ff. e. aut poſſidet ſine titulo. ⁊ tūc nō ſufficit. x. vl'. xx. anno. ſpatiū. vt. d. l. in oibꝰ. Adde ꝙ iuribꝰ cōcernētibꝰ ſtatutū imperij, vl' ſuperioritatē, vel ēt tributoꝝ p̄ſtationem, nō currit p̄ſcriptio tpis cuiuſcūq;. vt. C. d p̄ſcri. xxx. vel. xl. annoꝝ. l. cōperit. ⁊ ꝙ ibi no. gl. ⁊ doc. exēplū de p̄ſcrip. c. cū ex officij. ⁊. c. cū nō liceat. niſi tāto tpe cuiꝰ initij nō exiſtit memoria in ꝯtrariū. vt. l. j. §. fi. ⁊ ibi Bar. ⁊ Ang. ⁊ Imo. ff. de aqua plu. ar. ⁊. l. hoc iure. §. ductꝰ aq̄. ff. de aqua q̊. ⁊ eſti. Et qd nō p̄ſcribat̃ iuri nō ſoluēdi tributa, vel ēt debita, canonē, vl' cenſum de rebꝰ fiſci, vel tēporū, ēt ſi ſcriptū fuerit, ꝙ canonē nō ſoluat. eſt caſus no.
2 in. d. l. fi. ⁊ ibi Bart. C. de fun. pa. lib. xj. ¶ † An aūt iuri colligēdi pedagia p̄ſcribat̃ ꝯ imperiū. ⁊ qūo. ⁊ quāto tpe. vide Bar. in. l. ſi publicanꝰ. §. j. ⁊ ibi Ang. ⁊ doct. ff. de pub. ⁊ an iuriſdictio merū ⁊ miſtū imperium p̄ſcribat̃: et quomodo. dic vt ibi per Bar. ⁊ doc. in. d. l. j. ff. de aqua plu. ar.
3 ✻ ADNOTATIO. An † et qñ iura principis p̄ſcribant̃ vel iura eccleſie ſedere, diſtincte determinauit Nicolaꝰ Boeri in deciſionibꝰ ſuis au-
4 reis queſt. 264. col. 17. nu. 19. et ſequētibꝰ. itē † addo quod ius petēdi ſupplemētū legitime triginta annoꝝ ſpatio, p̄ſcribit̃, ſcd; angelū in. l. papinianꝰ. §. ſi cōditioni. de inofficioſo teſtō, in pādectis, ad idē Bal. cōſi. 20. exordiēte, ſi pecunia in fine. volumi. 2. ⁊ Paulꝰ a Caſtro cōſi. 123. dubia de quibꝰ. volumine p̄mo. hāc exclamat eſſe cōmunē, ⁊ hāc opinionē approbat balbꝰ de p̄ſcriptionibꝰ, in q̄rta pte q̄rte ptis p̄ncipalis, q̄ſtione. 23. ⁊ hāc dt communiorē Ludouicus boeriꝰ in deciſionibꝰ ſuis aureis q̄ſtiōe. 250. exordiēte vtrum iuri agēdi, v̊ſiculo tñ alia. nu. 3. pte. 2. idē dicēdū, quo ad ius petēdi legitimā, vt nō p̄ſcribat̃ minori tpe triginta annorum. angelꝰ in dicto. §. ſi cōditioni, baldus, Salice. ⁊
5 paulus a caſtro i. l. ſi qs filium. de inofficioſo teſtō † ⁊ vtrū ius legitime ⁊ trebellianice tranſmittat̃ ad here-
7 des ēt extraneos † ⁊ q̄ forma ſit petēda legitima, decicidit boerius, i p̄fata q̄ſtiōe. 25. nu. 6. ⁊. 7. An. Caius.
8 ¶ † Quid in rebꝰ ciuitatis: dic ꝙ regulariter requirunt̃ cētū anni ad p̄ſcribendū. vt. l. fi. C. de ſa. ſan. eccl'. exceptis ibi illis q̄tuor caſibꝰ. ⁊ idē tenēt doct. ibi in alijs ciuitatibꝰ, ꝗ rome. Et idē eſt in rebꝰ caſtroꝝ, et villarum. vt voluit Bart. in. d. l. fi. ibi. Et id puto, ꝙ iſta lex h; locū. ⁊ hoc ſequit̃ ibi Bal. q: reſpublica, ⁊ eccleſia equiparant̃. vt ibi. ⁊ vide oīno gl. ⁊ Bart. i. l. ſi finita. C. ex qui. cau. maio. l; gl. aliter dicat i. l. ſi finita. §. ſi de vecti. ff. de dā. infec. ⁊ ibi bar. ang. ⁊ Imo. ⁊ ſic gl. q̄ Bar. vident̃ ſibijpſis ꝯtrariari. ſ; Lud. in. d. §. fi. de vectigalibus vr̃ velle cōcordare has opinio. Nā aut loquimur in bñficialibꝰ, ⁊ ꝯprehēdunt̃ caſtra ⁊ gaudēt bñficio ciuitatis. ita intelligit̃ gl. i. l. res publica. ⁊ dictū Bart. in. d. l. fi. S; in hoc, ego dubito ꝑ id qd no. Bart. in. l. maritꝰ. §. le. iu. ff. de adu. in fi. vbi videt̃ velle ꝙ ea q̄ cōceſſa ſunt in bñficiū ciuitatis et ciuibus, nō comprehēdāt ciues ex p̄uilegio. Solu. dt Lud. aut loquimur in p̄uilegijs, vel exorbitantibꝰ. ⁊ tunc cōceſſum ciuitati, nō extēdit̃ ad caſtrū. ita intelligat̃ gl. ⁊ Bar. in. d. §. ſi de vectigalibꝰ. niſi ille eſſent de continētibꝰ edificijs. vt arg. l. cui pacto. cū gloſ. de ſeruis exportā. ⁊ ſic lex q ex vico. ad municipa. intelligitur ſm Lud. in bñficijs. Tu addas. c. ſi ciuitas. de ſen. excō. in. vj. ⁊ qd ibi doc. ⁊ gl. ⁊ bar. ⁊ doc. i. l. ex ea. de poſtu. ⁊ qd elegāter voluit Bar. i. d. l. ſi finita. hoc edic. ff. de dā. infect. in fi. ⁊ an ſtatutū ciuitatis habeat locū in caſtris, ⁊ villis ſibi ſubditis. vide Bar. i. l. ij.
9 ff. de ver. ſig. ¶ † Quid in rebꝰ eccleſie. cōclude ꝙ in in caſibꝰ qbus p̄ſcribit̃ ꝯ priuatū, ſpatio. x. vel. xx. anno. ꝯ eccleſiā p̄ſcribit̃. xl. ¶ Sed ꝯ eccleſiā romanā, p̄ſcribit̃ ſpatio centū annoꝝ ⁊ nō minꝰ. ꝙ eſt verū in rebꝰ immobilibꝰ: ſ; i rebꝰ mobilibꝰ, currit p̄ſcriptio triū annoꝝ. vt in p̄uatis. vt in. d. l. fi. ⁊ aut̃. quas actiones. ibi poſita. Et l; ꝯ eccleſiā ad p̄ſcribendū dñium rei immobilis requirant̃. xl. anni: tñ ad excludendam publicianā cōpetentē eccl'ie ꝓ re aliena quā bona fide emerat: ſufficit curſus tpis, q ſufficeret ꝯ p̄uatū. vt not. Bart. in. d. §. ſi de vectigalibꝰ. in v̊ſi. opp. de. l. ſi ſponſus. ⁊ idē voluit Bal. i. l. ſi naūt. §. ſi duobꝰ. ff. de pub. Aduertas tñ: ꝙ ſi p̄latus vēdat rē eccleſie ꝯ iuris ſolēnitatē bonefidei emptori: toto tpe illiꝰ p̄lati, nō incipiet emptor p̄ſcribere ꝯ eccleſiam: ſ; incipiet tpe ſucceſſoris. vt no. dt Bar. in. l. q fundū. §. ſi tutori. in fi. ff. pro emp. ¶ In glo. ibi. vt. ff. de via publi. l. viā. in hoc cōclude, ꝙ vſui publicarū rerū nullo tpe p̄ſcribit̃: q: eſt q̄dam facultas inducta gratia publice vtilitatis ꝯ quā nō p̄ſcribit̃, ēt ſpatio cētū annoꝝ. vt
10 no. gl. in. l. viā. ff. de via pub. ¶ † In ea. gl. ibi, itē res pupilli. dic, ꝙ in rebꝰ pupilli nō currit vſucapio: do nec durat pupillaris etas. vt. d. l. bonefidei. niſi vſucapio fuiſſet incepta cū maiore: q: tūc cōtinuat̃ ꝯ minorē: l; poſſet reſtitui. non ex clauſula de minoribꝰ: ſed ex clauſula, ſi q̄ iuſta cā mihi eſſe vr̃. ita dt bar. ⁊ bal. i. d. l. emilius. ff. de minoribꝰ. ⁊ Bar. ⁊ Bal. ⁊ Sali. i l. ij. C. ſi aduer. vē. pi. ⁊ no. bart. ⁊ ang. Raph. ⁊ Imo. in. l. cū filiꝰ. §. in hac. ff. de v̊. ob. q: no. vt ſcias practicare. q: ſi intētares reſtōnē ex titu. de mi. ſuccūberes. q: illō nō cōpetit niſi cū minore aliqd geſtū ſit. vt. l. j. ff. de mino. ⁊ facit. d. l. emiliꝰ. ⁊. l. ēt. §. j. ⁊ ibi Bar. ff. de mino. Fallit i p̄ſcriptione lōgiſſimi tpis q̄ l; inceperit ꝯ maiorē: dormit tñ toto tpe pupillaris etatis. vt. l. ſicut. C. de p̄ſcri. xxx. anno. Si aūt pupillꝰ nō ſuā ſ; alienā rem vēderet tūc p̄ſtat vſucapiēdi ꝯditionē. vt. l. ij. §. ſi a pupillo. ff. ꝑ empto. ⁊ dic vt ibi no. bart. ⁊ oīno vide. l. ſi. cū ibi no. ꝑ gl. Cy. ⁊ Bar. ⁊ oēs doct.
11 C. in q. cau. in integ. reſt. nō eſt neceſſa. ¶ † In ea. gl. ibi. itē res filij in rebꝰ aduētitijs filijfa. ꝯclude, ꝙ non currit p̄ſcriptio dū eſt i ptāte p̄ris. vt hic i gl. ſ; poſtꝗ eſt ſui iuris: tūc icipit currere p̄ſcriptio. xxx. anno. ꝯ filiū. vt. l. j. i fi. C. de bo. mater. S; ſi filiꝰ primꝰ poſſet agere, vt q: p̄r remiſit vſumfructū. ⁊ ſic p̄r non h; adminiſtrationē: tūc in talibꝰ bonis currit p̄ſcriptio ꝯ filiū. ſicut in caſtrēſibꝰ, vel q̄ſi. vt. l. recte. in fi. ex qbꝰ cau. ma. Et ita aduertas ꝙ l; nō poſſit p̄ſcribi ꝯ filiū

a ¶ Res fiſci. Hic incipit tertia pticula ſcdē ptis p̄ncipalis. ¶ No. ꝙ. §. iſte diſtinguit inter res acquiſitas iam: et res in poſterū acquirendas fiſco: nā l; res iam acquiſite fiſco vſucapi non poſſint: ſecus tamē in acquirēdis. Pone igit̃ ſic caſum. Dñe, vos poſuiſtis exemplū d quibuſdam rebus q̄ vſucapi nō poſſunt: nūquid ſunt plures in quibus non habet locum vſucapio, vl' p̄ſcriptio? reſpondet ꝙ ſic. res enī fiſci noſtri vſucapi non poſſunt: ⁊ hoc eſt verum i rebꝰ fiſco acquiſitis: ſ; ſecus eſt in acquirendis nā papi. ſcribit qd ſi hōe fidei emptor de bonis vacantibus, ⁊ nondum fiſco denūtiatis ad quā rem emerit: et eandē bona fide ſibi traditā acceperit poterit tamen eam rem beneficio vſucapionis acquirere: ⁊ h idē diuꝰ pius, ⁊ diuus ſeuerus ⁊ antoninꝰ reſcripſerunt: ⁊ hec i tertia parte ſecunde partis principalis dicūtur vſq; ad illum. §. nouiſſime ⁊c.

Si autē ſunt parentes qui habuerūt filios naturales tñ ex coitu non dānato ab aliqua lege tēporali. ⁊ tunc diſtingue aut querit̄ de matre vel alijs aſcendētibus per lineā maternā, aut de patre vel alijs aſcēdētibus per lineā paternam. Primo caſu dic tales parentes poſſe ſuccedere ab inteſtato talibus liberis naturalibus tñ, perinde ac ſi eſſent nati ex legitimo matrimonio. vt. j. e. §. fi. ⁊. j. de ſuc. cogna. §. vulgo. ⁊. l. ſi ſpurius. ff. vnde cogna. cū ſi. ⁊ hoc eſt verū ſiue mater habuerit filiū ex coitu meretricali, ſiue ſit illuſtris ſiue nō. licet gl. dicat ꝯtrariū ⁊ male. j. eo. §. fi. ⁊ ꝙ illa gl. male dicat patet: q̄ꝛ filij ſpurij hñ pñt ſuccedere matri illuſtri, niſi hec mulier habeat legitimos ⁊ naturales. talium namq; fauore, ſpurij excludūtur: vt. l. ſi qua illuſtris. C. ad orfi. ſequitur ergo ex hoc ꝙ ecōtra bene poteſt mater illuſtris ab inteſtato ſuccedere ſuis filijs ſpurijs, etiā ſi ipſa hꝫ filios legitimos ⁊ naturales: q̄ꝛ abſurdū eſſet hoc caſu matrē excludi ab alijs legitimis qui (quo ad illos ſpurios) ſunt fratres vterini tñ. vt in aut. defuncto. C. eo. ⁊. j. de ſuc. cog. §. vulgo. Secūdo caſu qñ querit̄ de patre ⁊ alijs aſcēdentibus per lineā paternā naturalibus, tunc diſtingue: aut pater eſt penitus incertus quod eſt qñ mater erat publica meretrix: ⁊ planū eſt qȯ non pōt ſuccedere, licet aliquis qui rem habuerit cū talibus mulieribus ſit ita fatuus qȯ credat talē ꝓ ſuo filio. vt. d. §. vulgo. aut eſt certꝰ tali certitudine que haberi poteſt. vt. l. lucius. ff. de condi. ⁊ dem. ⁊ tunc dic qȯ eodem modo ⁊ eadē forma quibus filij naturales ſuccedūt patri. vt. l. duo. C. de nat. lib. ⁊ econtra poterit talis eis ab inteſtato ſuccedere. vt eſt caſus. j. de ſerui. cog. §. j. ibi: ſed alterum in alterius. ⁊ in aut. quib. mod. na. effi. ſui. §. in quibus enim caſibus. in. j. col. vbi eſt optimus tex. ¶ Ex quo infertur mirabiliter ꝙ ſi aliquis ſolutus habuit vnū filium ex concubina ſoluta: ⁊ poſtea accepit vxorē ⁊ habuit alium ex ea ⁊ tempore mortis talis filius reperiatur viuere vel eius vxor, vel ille filius legitimus naturalis ⁊ non poterit patri ab inteſtato ſuccedere tali filio naturali: q̄ꝛ eodē caſu ſi pater deceſſiſſet non potuiſſet filius naturalis in aliquo ei ſuccedere: ⁊ tamen non eſt aliqua ſpes ꝙ etiam in ſubſidium vltimo loco talis filius vel vxor poſſit ſuccedere ab inteſtato tali filio naturali tantum, ipſe enim non eſt agnatus vel cognatus. ¶ Item ex his infertur ꝙ ſi deceſſerit filius naturalis tantum ab inteſtato, ſuperſtite patre ⁊ matre. et non ſuperſtite vxore legitima vel alio filio legitimo ⁊ naturali patris, mater. ſ. concubina ſuccedit ei in. x. vncijs. vt. j. §. fi. pater autem ſuccedit etiam in duabus vncijs tantum. vt. d. §. in quibus. ¶ Tertium membrum huius articuli eſſet videndum de patribus legiti. tantum, quomodo ſuccedunt ab inteſtato filijs ſuis. de quo dicam. j. de acqui. ꝑ arrog. que omnia ſingulariter not. q̄ꝛ ſunt omnia bene limitate tradita. per do. Matthesilla. in dicto ſuo tractatu de ſuc. ab inteſt. ideo hic ea poſui. ⁊ in iſta materia ſucceſſionum ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 Mater ingenua ter enixa, ad legitimam hæreditatem filij admittitur.
2 Per naturam mater eſt æqualis patri.
3 Propter partum, mulieribus debetur honor.
4 Mulier non concipiens nec pariens, non peccat, nec debet ſibi imputari, ſed naturæ.
5 Mater quando ſuccedit filio, dicitur habere legitimam ſucceſſionem.
6 Priuilegia conceſſa mulieribus propter partum, habent etiam locum in ſterilibus.

1 Sed nos conſtitutione. † Hodie mater īgenua ter enixa, ⁊ libertina quater tā-
2 tū, ad legitimā hereditatē filij admittitur. h. d. ¶ † No. ꝙ ꝑ naturā, mater eſt par patri, q̄ꝛ ad ꝓcreandū filios opus eſt patre ⁊ matre. vt. l. maximuꝫ. C. de
3 libe. prete. de quo dic vt dixi ibi. ⁊ dicā. j. de oblig. in prin. ¶ † No. ꝙ propter partū ſiue puerperiū, femine ſunt fauoribus ampliāde. vt. l. ſi. C. q po. in pig.
4 ha. q̄ꝛ propter partū replet̄ ciuitas hoībus. vt. l. j. ff. ſol. mat. ¶ † No. ꝙ ſepe propter partū, mulieres moriūt̄. ideo quis eis nō miſeret̄. vt dicit tex. in. d.
5 l. ſi. ¶ † No. ꝙ mulier nō cōcipiens ⁊ non pariēs, nō peccat nec dꝫ ſibi imputari ſed nature. ¶ Not. ꝙ qñ mater ſuccedit filio, dicitur habere legitimam
6 ſucceſſionē: nā vt agnata ſuccedit. † ⁊ ſic facit iſte tex. quod priuilegia que cōceduntur mulieribus ꝓpter ſobolē procreandam, de q̄bus in tex. ⁊ gl. in. l. j. ff. ſolu. ma. habeant etiam locum in muliere que eſt ſterilis. ita dicunt doc. in d. l. j. pro quo facit tex. iſte ⁊c.

SVMMARIVM.

1 Mater præfertur omnibus alijs agnatis, exceptis fratribus & ſororibus.
2 Soror ex vno latere coniuncta, ſuccedit vnà cum matre.

1 Sed cum antea. ¶ † Mater ꝑfert̄ omnibus alijs agnatis, exceptis fratribus ⁊ ſororibus ⁊ cū ſororibus ſolum venit ad dimidiam: ⁊ cum ſororibus ⁊ fratribus pro virili. h. d.
2 ¶ † No. etiā ꝙ ſoror ex vno latere cōiuncta ſuccedit vna cum matre: ſed hodie matri in totum prefertur niſi ſit ſoror vel frater vtrinq; coniunctus. vt in aut. defuncto. C. eo dixi. ſ. eodem. §. preferuntur. ⁊. ſ. titu. j. §. fin. vbi omnino vide. ¶ In glo. perſonis. in fin. dic tu ꝙ hodie filio defuncto relicta matre ⁊ ſorore vel fratre, aliter ſucceditur. vt. d. aut. defuncto. ⁊ dixi ſupra. titu. j. in fine.

Mater ab

SVMMARIVM.

1 Mater ab hæreditate filij repellitur, nisi intra annum tutorem eidem postulauerit.
2 Qui in vno alleuiatur, in alio grauari potest.
3 Matri quòd incumbat onus suæ soboli consulere.
4 Quòd sit necesse matri, filijs suis impuberibus intra annum tutorem petere.
5 Tempus petendi non currit, si adsit causa legitima.
6 Mater si sit negligens tutorē petere, quando non priuetur successione.
7 Mater succedit filio, etiam vulgò quæsito.
8 Mater, intra quantum tempus teneatur petere tutores filijs?
9 Mater etiam tutorem petet, si qui datus est se excuset, vel remoueatur, aut nō administret. & nu. 13.
10 Mater, an priuetur legato particulari?
11 Fideicommissum vniuersale, quid sit?
12 Mulier si intra annum non petijt tutorem, an possit moram purgare? & quid si petierit, & datus est sed non administrat. & quid si petat dari nō idoneum. & nu. 14.
15 Mater si tempore mortis mariti est minor, postea maior efficitur, nec intra annum post maiorem ætatem petijt tutorem, an sit priuata successione. & quid si sit illustris. & nu. 17.
16 Onus probandi, quòd pupillus sit mortuus pubes vel impubes, cui incumbat?

1 Sed quemadmodum. ¶ † Mater ab hereditate filij repellitur. nisi intra annuz tutorem eidem postulauerit vel suspectū remoueri petierit. ꝛ filio nō tantum
2 legitimo, sed etiam vulgo quesito mater succedit. h. d. ¶ † Not. quod qui in vno alleuiatur, in alio grauatur. concor. ff. de iureiur. l. eum qui. in princip.
3 ¶ No. ꝙ matri incumbit onus, sue soboli consulere. ¶ † Not. ꝙ matri datur
4 necessitas vt filijs suis impuberibus tutorem intra annū petat, quod quali-
5 ter intelligatur dicam. j. in gl. ¶ † No. ibi neglexerint qꝛ opꝫ ꝙ cognoscatur eius negligentia. al's autē si nō daretur negligētia, sed aliquo modo esset iuste impedita nō curreret dictū tēpus: facit. l. auus. ꝛ qđ ibi Bar. Bal. ꝛ doc.
6 ff. de calū. ꝛ. l. cū a matrib⁹. C. qui petā. tu. ¶ † No. ꝙ lꝫ mr̄ fuerit negligēs: si
7 tñ filiꝰ nō in pupillari etate: sꝫ postea moriať. nō pūať successiōe filij. ¶ † No. ꝙ lꝫ pr̄ spurio nō succedat vel ecōtra (in auť. ex cōpleru. C. de secū. nupt.) tñ mater succedit filio etiā vulgo q̄sito. vt hic. ꝛ ecōtra filiꝰ etiā vulgo quesitus
8 succedit matri. vt. j. ti. j. §. vulgo. ¶ † In gl. cōsulere. in fi. quero intra quātuz tps mater teneať petere tutores filijs? ꝛ hic videť casus ꝙ intra annū. cōcor. l. sciāt. C. de legi. here. lꝫ huic textui possit rn̄deri ꝙ istud qđ intra annū petať referť qđ aliū i locū remoti vel recusantis tutorē petere dꝫ: nō aūt q̄n p̄cipaliter petere dꝫ tutorē. facit. l. ij. §. si mr̄ nō petierit. ff. e. ꝛ. d. l. sciāt. loquiť gn̄aliter etiā in mr̄e: qꝛ loquiť in oībꝰ q vocātur ad successionē pupilli mortui: sꝫ mr̄ vocať ad eiꝰ successionē vt hic. igiť ꝛc. Et hoc vr̄ sentire Bar. in. l. qd ergo. §. j. in prin. ff. de infa. sed idē Bar. in. d. l. sciāt. ꝛ in. l. ij. §. j. ff. q pe. tu. pos. ꝛ in. l. ij. §. cōfestim. ff. ad tertu. tenet expresse ꝙ illud qđ dicitur de anno in. d. l. sciāt. vt hic, intelligiť ſm. d. §. confestim. vcꝫ. i. cum potuit. nisi sit impedita ltima causa: ita ꝙ annuꝫ non trāscendat. Et ita vr̄ tenere Richar. malum. in d. l. sciāt. dixit tñ Bar. in. d. §. cōfestim. ꝙ excusať mater si intra quinquaginta dies nō petierit tutorē predictū ad filitudinē tutoris. qui habet quinquaginta dies quibꝰ nō imputať. al's sic. vt. l. scire opꝫ. §. j. ff. de excu. tu. ꝛ hoc cōfirmať. ex. l. ij. §. si tutores. ff. ad tert. vbi priuať mater si nō petat vētri curatorem: ꝛ clarū est ꝙ hoc nō pōt esse vsqꝫ ad annū: qꝛ impossibile est ꝙ vēter sit plenꝰ integro anno. vt. l. gallꝰ. in p̄n. ff. de lib. ꝛ posthu. Et hanc opi. ꝯsulēdo sequiť quidā doctoꝛ solēnis gn̄e Bart. Guil. de perusio pater dn̄i Sallustij in cōsilio qđ incipit. factū sup quo ꝯsiliū petitur est tale. quidā noīe Nicolaꝰ ꝛc. Nec ōt ipse est sufficiēs rn̄sio ad. d. §. cōfestim. illa quā doct. cōiter faciunt vcꝫ ꝙ ibi nō loquiť q̄n petierat tutorē: sed q̄n in locū recusati vel remoti. nō petijt alios: qꝛ ōt ipse sicut mater puniť in casu quo de iure sp̄ali poterat admitti de iure antiquo ad tutelam cuꝫ rescripto principis: vt est casus in. d. §. mater. versi. qđ si pater. ꝛ imputet sibi si hoc cōfestiꝫ nō fecit. vt. d. §. ꝯfestim. qui. §. referť ad oēs. §. precedētes. ergo eodē modo priuať dicta successione, si primordialiter nō petierit confestim tutores dari filio. Preterea de hoc vide tur casus. in. l. ij. §. diuus. ff. qui pe. tu. vbi loquiť etiā de ea que nō petijt tutorem: ꝛ tamē dicitur ibi confestim. preterea pro hoc facit. l. cū a matribus. C. qui pe. tu. vbi dicitur ꝙ solū officiū requiriť. Sed primā partē qđ imo vsqꝫ ad annum admittatur ad petēdū tutorē, cōiter tenēt doc. vt Bal. ꝛ Salic. ꝛ Flo. in. d. l. sciāt. qui dicit ꝙ per illā legē mater habet annū ad petēdū tutorem filio ꝛ ante lapsum anni, nō est in mora: vn̄ si intra annū pupillꝰ decedit, quacunqꝫ parte anni decedat nō excluditur mater. nō obst. d. §. confestim. qꝛ d. l. sciāt. venit ad declarationem illius verbi confestim. i. intra annum. ꝛ talis interpretatio est benigna, ne matribus luctuosa filiorum auferatur hereditas: quarum fauore verba in substitutionibus ambigua ad fideicommissum trahuntur: vt. l. precibus. C. de impu. ꝛ alijs substit. coniuncta. l. fin. C. de insti. ꝛ substi. sub condi. fac. facit. l. fi. C. cōia de suc. ꝛ. l. nam ꝛ si parentibus. ff. de inoffic. testa. ꝛ quia difficilius excluduntur ab hereditate ascendentes. ꝙ reliqui. vt. l. fin. C. de codici. imo ad agnoscendum largius tempus habent. vt. l. j. §. largus. ff. de suc. edic. si ergo aliqui non excluduntur nisi per lapsum anni, quomodo ergo mater prius excludi debet: alias mater haberetur odio pre ceteris, qđ est absurdū ꝛ iniquum cum via succedēdi non sit angustāda cū sit fauorabilis. vt no. in auť. in successione. C. de suis ꝛ legi. ꝛ hoc etiā sequitur Bal. in. l. matres. C. ad tertu. ꝛ in quodā suo cōsilio qđ incipit quidā noīe Michael ꝛc. per. d. l. sciāt: nec ob. d. §. confestim. nā aut terminus anni apponitur non potenti petere. ꝛ falsum est: qꝛ ei non currit tēpus nec aliquis terminus. ar. l. ij. §. ad idem. ꝛ ibi Bar. ff. de re mili. aut adijciť potenti ꝛ valēti petere, sed negligēti. ꝛ tūc habeo propositū: qꝛ pōt vsqꝫ ad annū petere. vn̄ ille tex. nō intelligiť de impedimēto qđ excedit annū, sed de omissione petendi: ꝛ istam opi. cōem ego tenerē: qꝛ est magis equa: per. d. l. sciant. ꝛ per illū tex. ibi: neglexerūt ꝛ c. qꝛ non erat impedita ꝛ tñ neglexit petere ꝛ tñ non priuať nisi per annū: ergo q̄n esset impedita nō posset dici in negligentia. vt. d. §. si ad idē. igitur ꝛc. videť que dixi. s. de ac. §. actionū autē quedā. in meteria
9 tutelarū. ¶ † No. ibi: vel in locū remoti ꝛc. dic matri nō solū incūbit onus petendi tutorē filio nō habēti: sed etiam si habuerit ꝛ se excusauerit vel remotꝰ
10 fuerit. facit. l. ij. §. non solū. ꝛ. §. quid si indignos. ff. ad tertu. ¶ † In gl. scituris. ibi. l. cū a matribus. quero an ista mater priuetur legato particulari: ꝛ gl. in. d. l. cū a matribus. ꝛ in. l. j. §. si vero maritus. ff. qui pe. tu. dicit qđ non qđ Pe. intelligit verū si sit de bonis testantis pupilli. ꝛ illud sequitur ibi Sali.
11 ꝛ Cy. in. d. l. sciāt. ꝛ Bar. in. d. §. si vero maritus. ¶ † Quid si sit fideicōmissum vniuersale, ꝛ sic substitutio fideicōmissaria: dic ꝙ talis mater non priuatur illa: qꝛ per talem substitutionē fideicommissariam nō succeditur pupillo: sed testatori cui ipsa mulier non deliquit. vt. d. l. filie. §. coheredi. de vul. ꝛ pu
12 pil. ita dicit Salic. in. d. l. cū a matribus. in fi. ¶ † Quero an mulier intra annū si non petijt tutorem, possit moram purgare: ꝛ videtur ꝙ sic: qꝛ est dies ꝛ pena a lege, igitur pōt mora purgari. vt no. Dy. Bar. ꝛ doc. in. l. si insulam. de ver. obli. ꝛ videtur casus in. c. potuit. in fi. extra de locato. In cōtrariū videtur veritas ſm Sali. in. d. l. sciant. ver. sed quero an anno transacto ꝛc moueť per. d. §. confestim. in vel fi. ita tñ vt imponať maior timor petere deben tibus tutorem. preterea mater dicit esse quasi creditrix futura sub conditione, si eidem tutorem petierit. sed creditor futurus non purgat morā ad actionem consequendam. vt. l. thais. §. intra. ff. de fideicom. lib. igitur ꝛc. non obst.
13 d. c. potuit. quia loquitur in debitore. quod not. ¶ † Quid si petierit ꝛ datus est tutor: sed non administrat: dic ꝙ nil videtur fecisse. nisi ad administrandum eum ipsa compellat: vt. ff. cod. l. ij. §. sed quod diximus. in fin. nisi sit tutor testamentarius vel legitimus: qꝛ quamuis nō administret. ꝛ mater eum non compellat administrare, non priuatur successione: vt no. Cyn. in. l. fin. §. personis. C. de admini. tuto. quia leges loquuntur de petitis a matre. ꝛ in testamentarijs hoc non reperitur. vt dicit Bart. in. d. §. personis. quod sequiť ibi Salice. quoniam hoc non reperitur iure cautum. igitur ꝛc. vt. l. illam. C. de col. Preterea ꝙ mater priuetur successione filij. est quid odiosum. vt. l. fi. C. de insti. ꝛ substi. ideo restringendū. vt. c. odia. de regu. iur. ꝛ hoc voluit bal. in. l. precibus. C. de impu. ꝛ alijs substi. sed cōtrariū tenet gl. in. l. ij. §. si mater ff. eo. ꝛ. §. qui pe. tu. l. matris. ꝛ istas gl. puto veriores. lꝫ Salic. dicat ꝙ ille gl. loquunť in petito a matre. nā fit hꝰ fauore pupilli ne interim bona sua nō administrentur. mater igitur priuatur. eadē ratio est siue sint petiti a matre. siue a lege, vel testatore dati sint ꝛ nō administrent: igitur idē ius esse debet. vt l. illud. ff. ad. l. aquil. ꝛ istud tenet Bal. in quodā suo consilio qđ incipit: p̄supponiť in facto ꝙ quidā noīe Thomasius ꝓ ista parte allegat. l. fi. C. qui pe. tu. vbi etiā loquiť in datis in testō: ꝛ tñ teneť mater. nisi fuerint legitime dati si nō petijt confirmare ex isto anno. ita cōsului apud Bergamum de quo dixi etiā. j. de acti. §. actionū aūt in materia tutelaria. in ver. item p̄dicta locum
14 habent non tñ q̄n tutorē ꝛc. ¶ † Quid si petat dari tutorem non idoneuꝫ: rn̄det Sali. in. d. l. sciant. in vers. quero igitur quid si non idoneus. ꝛ distiguit aut bona fide. ꝛ excusatur. secꝰ si mala fide ꝛ diligētia pretermissa. vt. d. §. nō solum. in dubio tñ p̄sumitur bona fides ꝓpter affectionē maternalem, ꝛ debilitatem sexus. vt. l. vbi. ff. de edē. nisi ad secūda vota transiens victricē petat. vt. ff. de adop. l. nūq̄. In ea. gl. in fi. nota hꝰ illaꝫ. l. qꝛ limitat totā istā ma
15 teriā. ¶ † Quero si tēpore mortis mariti mater est minor, postea maior efficitur nec intra annum post maiorem etatē petijt tutorē: an sit priuata successione: ꝛ videtur ꝙ sic. argu. l. titia scio. §. vsuras. ff. de lega. ij. In contrariuꝫ est veritas. arg. no. in. l. j. C. in quibus cau. in integ. resti. non est necessa. preterea hoc est beneficium matris, vt a pena liberet. igitur cum a principio cum petijt, debet esse perpetuū. vt in auť. constitutio que de dig. §. illud. colla serta. nec ob. d. §. vsuras. qꝛ ibi allegabať etas ad impugnationē. hic vero ad defensionē que defensio debet esse perpetua. vt. l. pure. in fin. ff. de do. excep. ita
16 dicūt Bal. Ange. ꝛ Sali. in. d. l. ij. quod no. ¶ In gl. impuberum. in fi. † cui autem incumbat onus docendi qđ mortuus sit pubes vel impubes. dicas ꝙ dicendi ꝙ pubes mortuus sit, quando vult excludere matrem a luctuosa hereditate filij contra. l. fi. C. de insti. ꝛ substi. sub condi. fac. ꝛ fundat se in etate. ergo illam probare debet. vt. l. si minor. C. de in integ. restit. mi. ita dicit Sa-
17 lic. in. d. l. sciant in fin. ¶ † In gloss. fin. in prin. ibi: nisi mater sit illustris. dic hoc verum si filius sit vulgo quesitus: ꝛ multo magis si sit natus ex damnato coitu: secus si sit natus ex coitu concubinali, etiam ex illustri. quoniam sicut succederet matri etiam stantibus legitimis. vt. d. l. si qua illustris. in fin. ꝛ ibi Barto. in summario. ita ꝛ econtra mater illustris ei succedere debet vt hic. ¶ In ead. gloss. in fin. dic hoc verum stantibus alijs legitimis. vt dicta l. si qua illustris. in prin. Item hoc est verum, nisi esset naturalis natus ex illustri concubina. vt. d. l. si qua. in fine. de quo dicam. j. titu. i. §. nouissime. Et ad intelligentiam huius. §. quomodo mater vel pater naturalis tantum succedat filio naturali: vide que scripsi. supra eodem. §. preferuntur ꝛ.

a ¶ De senatuscõsulto orficiano. Dictũ est.s. de senatuscõ.tertu.p qd mater ab intestato succedit filio, sed qr ecõuerso mrī succedit filiꝰ ab intestato senatuscõ.orfi.bñficio, ideo hic nobis est vidẽdũ. de ipso dicit ergo imperator.

b ¶ Per cõtrariũ. In tit. isto ita imperator pcedit. Primo ostẽdit qualiter sicut per senatuscõ.tert. succurritur matribus ad successionẽ liberoꝝ, ita succurrit liberis p senatuscons. orficianũ ad successionez matrũ. Scdo ostẽdit qualiter ꝗuis p senatuscon. orfi. non iuuarẽtur nepotes vel neptes ad auie successionẽ eis tñ pncipalibus ꝯstitutionibus est subuentũ. Tertio dicit ꝙ hmõi successiones q deferũtur a pdi. duobus senatusc. vcꝫ tert. ꝛ orfi. capitis diminutione.s. minima, nõ intercũt ꝓpter quãdã regulã cuiꝰ intellectꝰ recitat in lra. Quarto dt ꝙ hoc senatusc. scꝫ orficianũ vulgo q̃sitos admittit ad successionẽ matrũ sicut senatusc. tertul. mres vocabat ad successiões illoꝝ. Quinto ꝛ vltimo determinat qd iurꝭ sit si ex pluribus heredibꝰ legitimis, quidã aliquã cã amiserit hereditatez ad quos s. deuoluet portio eoꝝ: hꝫ h ad maiorem ipsius euidentiam diuidas titulum in quinq; particulas. quarũ pria durat vsq; ad illũ.§.s. cũ ex senatuscõ. Ibi incipit scda. ꝛ durat vsq; ad illũ.§. sciendũ tñ est. Ibi tertia: ꝛ durat vsq; ad illũ §. nouissime. ibi qrta ꝛ durat vsq; ad illũ.§. sed si ex pluribꝰ. Ibi quinta et vltima. ꝛ durat vsq; ad finẽ tituli: et sic plana est litera.

De senatusconsul. Orficiano[a] Rubr.

SVMMARIVM.

1. Filius & nepos veniunt ad hæreditatẽ matris & auiæ ab intestato, ex senatusconsulto orficiano.
2. In correlatiuis quòd sit eadem iuris dispositio.
3. Verbũ liberorũ aliquãdo strictè capi pro filiis tãtũm.
4. Ad hæreditatẽ mrīs ꝙ filiꝰ cæteris agnatis præferat.
5. Nepos, an contineatur appellatione filiorum?
6. Aequalitas an debeat seruari, in correlatiuis.
7. Legitima hæreditas etiam dicitur illa, quæ ex aliqua parte iuris tribuitur.
8. Consanguinei, qui dicantur?

b Per contrarium.[b] Totꝰ iste titulꝰ diuidit in quatuor ptes. Primo ponit qualr filii ad hereditatẽ mrīs, ꝛ nepotes ad hrdītatẽ auie, admittunt. Scdo nũqd capitis diminutione, talc ius succedẽdi tollat. Tertio qui sunt illi filii q ad hereditatẽ matris admittunt. Quarto subnectit nouũ casum ad materiã successiõis ab intestato. scda ibi: sciẽdũ est. tertia ibi: nouissime. quarta ibi si ex pluribꝰ. ¶ 1 † Et hoc dt: filius ꝛ nepos veniũt ad hereditatẽ matris ꝛ auie ab intesta. ex senatuscon. orficia. h.d. ¶ 2 † Not. primo ꝙ in correlatiuis dz esse eadẽ iuris dispositio: nã si mater succedit filio: vt.s.ti.j. ꝛ ecõtra filius succedere dꝫ mrī. ꝛ potissime cuꝫ iure nature, hereditas matris, sit magis debita filiis descẽdentibus. ꝗ ecõtra filiorum hereditas matri. vt.l. naꝫ ꝛ si parẽtibꝰ. cũ ibi no. ff. de inoff. testa. ¶ 3 † No. verbũ liberorũ aliqñ stricte capi pro filiis tñ. de quo late p Bar. in.l. liberorũ. de v. sig. ¶ No. ꝙ hereditas matris in filiũ, dz legitima hereditas. de quo dic vt i glo. ¶ 4 † No. ꝙ filius ad hereditatẽ matris, prefert oĩbus agnatis ꝛ fratribꝰ matris ꝛ agnatis: qm pma causa ẽ liberoꝝ. vt.s. de here. q ab intest.§.j. ¶ 5 † No. ꝙ appellatiõe filii, nõ cõtinet nepos facit.s. qui. mo. tu.§.fi. ꝛ ibi dixi. ¶ 6 † In gl.j. in fi. an equalitas debeat seruari in correlatiuis: vide.l.fi. C. de indi. ꝛ.l.fi. ff. de accept. ꝛ l.ij. C. de cupssis ex ludaph.li.xi. nã posito vno de correlatiuis, ponit ꝛ reliquuꝫ. Qd facit si statuto caueť ꝙ nemo vẽdat coriũ in die fori in platea, sub pena: ꝙ lꝫ nihil dicat de emptore tñ emptor incidit in eãdem penã. ita dicit Bart. in.d.l.ij. de cupressis ex luco daphnes. li.xi.i fi. li. ¶ In glo. liberi. in fi. dic vt p Bar. in.l. liberorũ. de v. sig. ꝛ qd.s.q.mo.tu.fi.§.fi. ¶ 7 † In gl. legitima. in fi. no. ꝙ legitima hereditas dz nõ tñ q̃ ex.l. xij. tab. puenit. sed etiã illa q̃ ex aliqua parte iuris tribuit. ¶ 8 † In gl. cõsanguineis. in fi. no. gl. que exponit cõsanguineis pro cognatis. sed glo. in.l.j. C. eo. exponit cõsanguineis.i. fratribus. ꝛ illa communiter tenetur in auť. de consangui. ꝛ vte. fra. per totum.

SVMMARIVM.

1. Successio ex Tertuliano vel Orficiano, non tollitur minima capitis diminutione.
2. Sola lex duodecim tab. dicitur antiqua.
3. Legatũ factũ incapaci si demũ fiat capax nõ irritatur.
4. Agnatio, capitis diminutione tollitur, etiã minima.
5. Bastardus an dicatur de familia?

1 Sciendum est. † Successio ex tertuliano vel orficiano nõ tollitur minima capitis diminutione. hoc.d. ¶ Not. ꝙ successio que deferť p ius cognationis, nõ tollit minima capi. dimi. ¶ 2 † Not. ꝙ senatuscon. ꝛ omnes alie partes iuris, dicuntur noue leges preter.l. xij. tab. que dicitur antiqua. optime facit.l.j. ff. vt ex legi. senatuscꝫ consul. pos. detur. quod facit ad id quod habetur in.l. fi. ff. de reg. cat. quia regula catoniana non pertinet ad 3 nouas leges vt ibi. ¶ † Et istud inducit Bar. in.d.l. si legatũ fcm̃ est forẽs, q ex forma statuti tpe testi est icapax: postea vo efficit ciuis, ꝛ sic capax post ea tpe mortis testatis illa lex antiqua in capacitate nõ habebit locũ: imo legatũ ꝯseqť. ¶ 4 † No. ꝙ agnatio, capitis dimi. tolliť et minima. Nõ qr agnatio est nomẽ iuris ciuilis. Secꝰ ergo si sit nomẽ nature, vt filiꝰ ꝛ mr ꝛ filia. qñ p ius ciuile, tolli nõ pñt naturalia vt hic i gl. fi. ¶ Et istd facit ad id qd not. Bar. ꝛ doc. in.l. tutelas. ff. de ca. di. ꝛ i.l. pnũtiatio. ff. de v. sig. ꝛ i.l. fi. ꝛ ibi bal. Sali. ꝛ doct. C. de vb. sig. ꝛ p Ang. ꝛ late p do. meũ Jo. de imo. i.l. ex fcõ.§. si qs rogatꝰ. ff. ad treb. 5 † vcꝫ an bastardꝰ dicať de casata d Asinellis, vl d domo vl de familia, vel de nobilibꝰ vel de pr̃imonio: dic vt ibi vid gl. ꝛ dic vt ica.

SVMMARIVM.

1. Filius etiam vulgò quæsitus, ad hæreditatem matris admittitur.
2. In successione matris non fieri distinctionem filiorum.
3. Vulgò conceptus, quis dicatur?
4. Filiorum septem species.
5. Spurius propriè loquendo, quis?
6. Vulgò quæsitus quod etiam succedat fratri.
7. Filius naturalis tantũm & natus ex concubina quod succedant matri.
8. Omnibus mulieribus decere castitatem, sed maximè illustribus.
9. Filii non legitimi, qualiter matri succedant? & nu. 12. 13. 14. 15. & an aliis ascedentibus, num. 16. 17. 18. & an nati ex libero & ancilla & econtra. nume. 19. & 20. 21.
10. Filii illegitimi an alendi ab eorum parentibus sint. & nu. 11.
Coitus, quando dicatur esse damnatus?
22. Coitus concubinatus licet nulla pœna temporali prohibeatur, secus tamẽ est de spiritu.
23. Parentes quomodo succedant naturalibus tantum?

1 Nouissime. † Etiã filius vulgo quesitꝰ, ad hereditatẽ mrīs ad
2 mittiť. h.d. ¶ † No. ꝙ in successiõe matris, non fit distinctio filioꝝ: sed qlibet filiꝰ admittiť etiã vulgo q̃sitꝰ, siue spuriꝰ. Sed an natus ex dãnato coitu admittať: no. hic gl. ꝛ dicã sup ea. ꝛ idẽ in nepotibus vulgo conceptis: qr succeduntauie materne ab intestato. vt.l. modestinus. ff. vnde cognati. facit.s. eo. in prin. vbi statuta in filio, extenduntur ad nepotez: facit.l. filiũ habeo. ff ad mace. ꝛ.l. luciꝰ. la. ij. ff. de here. insti. ¶ In gl. vulgo. in pn. ibi: qr nõ habet certũ patrẽ ꝛc. ꝯcor.l. vulgo. in pn. ff. de sta. ho. ꝛ sic pater põt esse incertus, licet mater semp certa sit. vt.l. qr mater. ff. de in ius voc.
3 ¶ † Et aduertas ꝙ etiã dz quis vulgo cõceptꝰ, q patrẽ demõstrare põt, sed hꝫ cũ quẽ hrẽ nõ lꝫ: vt dicit ad literã tex. in.d.l. vulgo. ꝛ gl. ibi exponit queꝫ nõ lꝫ demõstrare. vt monachũ: vt qr eũ habuerit ex incestu. in eo qd dicit gl. de monacho. facit gl. in auť. q. mo. nat. effi. sui.§. fi. in vbo participiũ. in v. iã nõ est q̃stio de filio sacerdotis. ꝛ iste et spurius appellať. vt.d.l. vulgo. in fi. facit.l. si qua illustris. in pri. C. ad orfi. ibi spuriũ. cuius pater icertꝰ est. facit.l. spuriꝰ. ff. vñ cogna. sꝫ imo tu dicas, ppriẽ loquẽdo, ꝙ spuriꝰ dz ille q natꝰ est ex concubina que nõ fuit retẽta ex indubitato affectu: alis ppriẽ diceret naturalis. vt est ter. gl. ꝛ ibi Juno. in.c. nisi cũ pridem.§. persone. extra de renũ. ꝛ hoc sequitur ibi Anto. de bu. ꝛ allegat Isido.j. etymolegia.
4 ✠ ADNOTATIO. † Addo qd filioꝝ septẽ sunt spẽs. pmi nãꝙ appellãť nãles ꝛ legitimi. scdi legitimi tãtũ. tertii nãles tãtũ. Quarti sũt mãceres ex scorto siue meretrice nati. Quĩti dñr spurii. Sexti legitimati. Septimi sũt filii spñales, d qbꝰ dixi plenissime.s. i arbore d pupilla. substitutione ver. ꝛ ad euidẽtiã.j. dicẽdoꝝ. nu. 15. cum sequẽtibus ꝛ ibi vide, quia nullibi reperies sic cumulatum ꝛ distinctum. Anto. Caius.
5 ¶ † Ex his iferť ꝙ ppriẽ loquẽdo spuriꝰ dz ppriẽ ille, q nõ est ppriẽ taliter naturalis filiꝰ q possit p subseqũẽs matrimoniũ legitimari: iuxta ea q.s. dixi. de hẽ. q ab intest.§.j. ꝛ sic gl. in.d.l. vulgo. q dt de monacho vel de dãnato coitu nõ est vera. ¶ † Et aduertas ꝙ sicut vulgo cõceptꝰ ꝛ et spuriꝰ, suc
6 cedit matri. vt hic ꝛ ita etiã succedit fratri ꝛ aliis cognatis. vt.l. hac pte. ff. vñ cog. ꝛ ita et ꝯ mater. frater ꝛ alii cognati ex latere materno, nõ de iure ciuili, sꝫ de iure nature idẽ succedũt. vt est ter. in.d.l. si spuriꝰ. ff. vñ cognati. facit.d.
7 l. hac parte. ¶ In ea.gl. in fi. † no. ꝙ filiꝰ naturalis tñ, ꝛ natꝰ ex coitu cõcubinali succedit matri: et illustri. ꝛ vna simul etiã cũ aliis filiis legitimis, vt est casus in.d.l. pe. vt dicit gl. seqũẽs. ¶ In gl. hrdītatẽ ibi nisi mater sit illustris.
8 † No. ꝙ oĩbꝰ mulierĩbꝰ decet castitas. sꝫ magis illustribꝰ. facit.l. psbyteri. C.
9 d epi. ꝛ cle. ¶ In gl. mag. i fi. no. ꝛ signa istã gl. † ꝛ in hoc tñ articulo q̃r succedãt filii q ñ sunt nati ex matrimonio, ꝯclude aut sunt nati ex coitu dãnato aliq lege impiali aut sunt nati ex coitu nõ dãnato aliq lege impiali. al's tẽporali. Primo casu dicere cos nullo mõ posse succedere patri vel matri. vl' aliis eoꝝ ascẽdẽtibꝰ: qr sunt idigni oĩ legis bñficio. vt i auť. qb mo. na. effi. sui.§. fi. co. vij. ꝛ i auť. ex ꝯpleru. C. de icest. nup. ꝛ ꝙ et matri tales filii ñ pñt succedere. tꝫ gl. h expsse. ꝛ i.l. si q illustris. ꝛ in.d. auť. ex ꝯpleru. ꝛ i auť. q. mo. na. ef. fi. legi.§. ꝛ. xv. q. vlti. c. cũ multa. ꝛ h clare pbať, ꝙ qd dz iure ciuili pater ꝛ ma
10 ter, tales filios alere ñ teneť: vt ẽ ter. i.d. auť. ex cõpleru. ꝛ i.d.§. fi. qb. mo. nat. effi. sui. q multominꝰ dꝫ talis filiꝰ sue matri posse succedere. Sꝫ de cõtate canonica itroductũ est ꝙ tales filii a parẽtibus sint alẽdi. vt in.c. cũ haberet. d eo qui durit in matri. quã pollu. p adul. Qñ aũt ad successionẽ nihil est innutatũ. ita dicit Bar. ꝛ doc. in.d. auť. ex cõpleru. ꝛ.l.s. ff. de his q. vt idi. vbi
11 Bar. † ex pdictis infert ꝙ sicut pater de iure canonico tenetur alere tales filios ꝛ

lios:⁊ sic pōt bastardis aliqđ alimentorum causa, relinquere dūmodo nō
relinquat vltra alimenta in fraudem: vt no. Bal. in. l. eā quam. C. de fideic.
ita etiam potest pater relinquere pro dote. ⁊ pro maritāda filia bastarda:
quando dos succedit in locum alimentorum. vt. l. sancimus. C. de nup. et
ibi Cy. doc. ⁊ Dy. ⁊ Barto. in. l. titio centum. §. titio genero. ff. de condi. et
demō. qđ no. ita etiam dicit Barto. in. l. meuius. §. duobus. in versi. tertio
quero. in fi. ff. de leg. ij. ⁊ ꝙ tales filij nati ex coitu damnato, non succedant.
probatur etiā in. d. §. fi. ⁊ in. d. aut. ex complexu. qñ non sunt noiandi filij:
nec illi sunt noiandi parentes:⁊ per ꝯñs etiam ea que sunt de iure natura-
li. (iuxta ea q̄ habent in tex. in. l. eas. de capi. dimi.) eis non competunt nec
debentur. quomodo ergo talis filius vult succedere patri vel matri, cum
12 nec pater vel mater dici possit. ergo ⁊c. †Scđo vero casu principali qñ ta-
les filij sunt nati ex coitu non damnato a lege, pro quo nulla pena tempo-
ralis ab aliqua lege temporali imponitur. Tunc subdistigue. aut queritur
an isti possint succedere matri vel ascendentibus, per lineam maternam.
Aut patri vel ascēdentibus per lineā paternā. Primo casu dico eos posse
succedere ab intestato matri, vel alijs ascēdētibus p lineam maternaȝ: per-
inde ac si essent ex legitimo matrimonio. Et sic per consequens dico
eos succedere etiam simul cum alijs legitimis ⁊ ex legitimo matrimonio
natis vt hic. ⁊. d. l. hac parte. ⁊. l. modestinus. ¶ Ista autem regula fallit
13 quādo mulier est illustris: qꝛ tūc subdistinguit. †Aut habet filios natura
les tm̄, ex Amasio suo cū quo stabat vt Concubina. ita ꝙ talis concubina
tus erat a iure ciuili permissus: vt qꝛ vir ⁊ mulier soluti erant. et tunc tales
filij naturales succedunt tantū matri ab intestato, etiaȝ cum alijs filijs natu
ralibus ⁊ legitimis quos dicta mater habuisset ante vel post. Aut ipsa mu
lier illustris, habet filios naturales vt meretrix. et tunc si ipsa habet filios
legitimos ⁊ naturales plures vel vnum tm̄, tunc nō possunt succedere ma-
14 tri illi spurij: alias sic. ⁊ oīa ista probantur in. d. l. si qua illustris. ¶ †Ex
quo sequitur ꝙ si tales filij nati ex coitu meretricali, talis illustris matris:
venirent ab intestato patri ⁊ matri: talis matris illustris ea premortua vel
repudiante talē hereditatē nācisci non possent si supcresset aliquis filius le
gitimꝰ ⁊ naturalis: talis matris illustris: qꝛ si tali casu matri succedere non
possunt. ita nec auo nec auie multo fortius: vt. s̄. e. in fi. prin. alias autē pos-
15 sent. per. d. l. modestinus. ¶ †Ad vnū aduertas ꝙ si natꝰ est ex patre liga-
to, ⁊ matre soluta cū nō sit natꝰ ex damnato coitu. vt. l. j. C. de adul. qđ talis
16 filiꝰ est successibilis. ¶ †Secundo casu quādo queritur an filij naturales
tm̄ nati ex coitu nō dānato possint succedere patri ab intestato ascendēti p
lineā paternā, distigue: aut pater est penitꝰ incertꝰ, qđ contingit qñ mulier
erat publica meretrix. Et tūc planū est ꝙ alicui tā̄ patri succedere nō pōt
ab intestato: lȝ aliqs qui habuerit rem cum dicta meretrice, sit ita fatuꝰ ꝙ
illos tractaret pro suis filijs. vt. s̄. de legi. cog. suc. §. vulgo. cū simili. ⁊ sic pa
tet ꝙ multominus agnatis vel cognatis patris, potuerint succedere tales.
Aut pater est bene certꝰ. Et tūc distingue. Aut tales filij sunt nati ex libe-
ro ⁊ libera. Aut ex libero ⁊ ancilla. Aut ex seruo ⁊ libera. Aut ex seruo ⁊ ser
17 ua. ¶ †Primo casu qñ sunt nati ex libero ⁊ libera: ⁊ tūc isti pñt pr̄i natu-
rali tm̄ ab intestato succedere solū in duabus vncijs: ⁊ sic in sexta pte totius
hereditatis cōcurrentibꝰ his tribꝰ. Primo ꝙ ista cōcubina eorum mater,
indubitato affecto tractata fuerit ⁊ habitauerit in eadē domo simul cū ama
sio suo: alias si habitauerit seorsum, filij ex hoc coitu nati nō habēt hoc pri
uilegiū succedēdi: qđ probat in aut. qui. mo. na. effi. sui. §. si quis aūt defun
ctus. col. vij. ⁊ no. glo. in. l. pe. ff. de cōcubi. ⁊ ibi. Dy. ⁊ Bar. hoc tenent. Se
cundo qđ huic patri nō supsit aliqs tpe sue mortis de legitimis ⁊ naturali
bus. Tertio ꝙ tpe mortis: huic patri nō supsit legitima vxor: vt est casus
in. d. §. si qs aūt. ⁊. §. hoc ipso custodiēdo. ī aut. qui. mo. na. effi. sui. ⁊ in aut.
lice. C. de na. libe. deficiēte ergo vno ex dictis tribus: nō pñt ab intestato suc
18 cedere isti filij naturales. ⁊ hec procedūt in naturalibꝰ liberis primi gradus
i. filijs. †In liberis autē naturalibꝰ secūdi gradus vel vlterioris, vt nepoti
bus ⁊ pronepotibus: secus est quia illi nunq̄ possunt auo vel proauo pa-
terno succedere ab intestato. imo plus est: quia filius naturalis ⁊ legitimus
procreatus ex filio naturali tantū, nō pōt auo paterno ab intestato succede
re. vt. l. fi. in fi. C. de na. li. que lex etiā hodie remanet incorrecta. vt. d. §. de ne-
potibꝰ. in aut. qui. mo. na. effi. sui. qđ est no. secundū Matthesillanū in suo
tractatu de suc. ab intest. qm̄ multi dicerēt cōtrariū, inter quos videt esse gl.
in verbo disposita. in. d. §. de nepotibus. ⁊ Dy. in suo tracta. de suc. ab inte-
sta. ij. col. ⁊ qđ dixi de filijs videt sentire qđ in illis casibꝰ in quibꝰ natura-
les filij possunt succedere patri ab intestato, possunt nepotes legitimi ⁊ na
turales vel tm̄ naturales nati ex filio naturali succedere ab īestato tali auo
naturali: quod nō plȝ Matthesillano. qꝛ nō vr̄ iure cautū. ⁊ quia correctio
est euitāda. Item pro ista opi. est text. in aut. qui. mo. na. effi. sui. §. filiū vero.
19 ibi nullū tm̄ hȝ participiū ad ascendentes. ¶ †Secundo casu principali qñ
sunt nati ex libero ⁊ ancilla eius concubina, retenta in eadem domo indubi
tato affectu, ⁊ tūc aut isti filij non sunt manumissi ⁊ remanent serui. ⁊ sic suc
cedere ab intestato non pñt. l. partum. C. de rei ven. ⁊. s̄. de suc. cogn. in prin.
Aut sunt manumissi ⁊ tunc possunt ab intestato succedere matri si moriat
manumissa. Item ⁊ possunt patri naturali ⁊ parentibus patris naturalis
insolidū ab intestato succedere: etiā cuȝ alijs conceptis ⁊ natis ex legitimo
matrimonio. j. de serui. cogna. in princi. sic ergo in illo casu sunt multa pri-
uilegia. ⁊ primo quod filij naturales tm̄ succedunt ab intestato insolidum.
Secundo quod succedunt vna cū alijs filijs natis postea ex legitimo, etiam
cum alia muliere contracto. ¶ Tertio quod tales liberi naturales tm̄ suc-
cedunt ab intestato etiaȝ parentibus patris vt auo auie, proauo ⁊ proauie.
vt. j. de ser. cog. §. j. ibi hoc ⁊ etiam liberos non solum seruorum ⁊c. coniun-
cta regula. §. fin. s̄. qui. mo. tu. fi. ⁊ tm̄ in omnibus istis secus si est in liberis
20 naturalibus tm̄ natis ex libero ⁊ libera. vt. s̄. dixi. ¶ †Tertio casu quan-
do sunt nati ex seruo et libera. ⁊ idem dicendum est quod dixi supra primo
casu. ⁊ idem dicendum in quarto casu scilicet si ex seruo ⁊ ancilla eius concu
bina nascantur filij, ⁊ postea parentes ⁊ filij manumittantur: vt probatur
j. de ser. cog. per totum. Que autem sit ratio diuersitatis inter primum et
istos vltimos tres, est probabile dubium nec est tactum a glo. nec a docto.
21 †sed posset dici ꝙ ratio sit. qꝛ ſm leges non poterat esse matrimonium, qñ
vir ⁊ mulier erant serui vel aliter eorum tantum. l. cum ancillis. C. de nupt.
⁊ ideo lex presumpsit in benigniorem partem. s. ꝙ talis vir ⁊ mulier con-
traxissent matrimonium aliquando cum potuissent: ⁊ ideo voluit filios in-
genuos succedere vt legitimi ⁊ naturales: sed hodie non est verum de iure
canonico cū possit esse matrimonium nō solū quando alter ex coniugibus
est in seruitute, sed etiam qñ vterq̄: vt extra de cōiu. seruo. per totum quod
ius preualet cū matrimoniū sit res spiritualis. ⁊ ideo videt ꝙ ille ti. de ser-
uo cog. sit hodie correctus qꝛ cessante ratione legis, cessat legis dispositio.
l. adigere. §. q̄uis. ff. de iure pa. sed ſm Matthesillanum dicere hoc non est
tutum: qꝛ ista ratio non est ibi expressa in text. tum etiam qꝛ correctio est
euitanda inq̄tum fieri pōt. ⁊ hoc facit qđ dicit Joā. de imo. in. l. tam is. §.
j. ff. de do. causa mor. an correcta ratione legis, intelligatur ipsa lex corrigi?
potest in primo casu alia ratio assignari: qꝛ magis est imputandum libero
viro ⁊ mulieri libere, que immediate non contraxit matrimoniuȝ q̄ sit qñ
vterq̄ est in seruitute vel alter tantū, cum metu dñorum serui sepius absti-
neant se ad contrahendum matrimonium: vt de facto quotidie videt. vnde
cum ista ratio hodie duret, adhuc planum erit dicere. d. titu. de serui. cog.
22 non esse correctū. ¶ †Unum em̄ restat videre pro huius mēbri decisio-
ne ⁊ expeditione, vcȝ quando coitus dicat esse dānatus aliqua lege tpali: et
rñdeo ꝙ est vbi aliqua pena tpalis imponit, p aliquam constitutionem iu
ris ciuilis: vt ptȝ qñ pro tali coitu habet locuȝ pena adulterij, vel incestus,
vel stupri. vt. j. de pub. iudi. §. item lege iul. de adul. ⁊ in aut. quib. mod. na.
effi. sui. §. fi. quinimo etiā idem dico qñ pro tali coitu, non imponitur pena
ordinaria adulterij, incestus. vel stupri, sed imponit extraordinaria. Et ex-
traordinaria potest imponi qñ quis plures retinet concubinas. nam tunc
coitus iste est dānatꝰ pena tēporali quo ad vtrūq̄. Et ideo tales filij nullo
modo succedunt ab intestato patri, nec etiam matri, vt in aut. quib. mod.
na. effi. sui. §. si vō effusa. ⁊ colla. septima. ⁊ ibi vr̄ de mēte gl. ī fi. in vbo inte
status. idē facit in aut. de tri. ⁊ semis. §. consyderemꝰ. col. iij. Nā tales cōcu-
bine ⁊ earū amasij, saltē extra ordinē puniri pñt: qꝛ est res mali exēpli: vt. l.
j. ⁊ p to. ff. de vari. ⁊ extraor. cri. ⁊. l. iij. ff. de cri. stel. sed Bart. tenet cōtrariū
in. l. fi. ff. de his qui. vt indi. vcȝ qđ tales possunt matribꝰ succedere ab inte-
stato per. §. pe. j. de suc. cog. qđ non placet Matthesillano. Et per hoc di-
ci potest qđ si habens vxorem accipit etiā cōcubinam in domo, tales filij
non poterunt etiam matri succedere cum talis coitus sit damnatus. vt. l. j.
23 ff. de concu. †verūtamen licet coitus cōcubinatus vel meretricalis nullam
penam tēporalē patiatur, ſm leges. vt. l. fi. de cōcu. ⁊. l. si ea. ⁊. l. que adulte-
rium. C. de adul. tm̄ secus est quo ad penā spiritualem: vnde de iure diuino
⁊ canonico, mortaliter peccant qui cum alia q̄ cum vxore propria habent
coitū. xxxij. q. iij. c. meretricis. ⁊ glo. pulchra in cle. ad nostrum. §. vij. de he-
24 re. †An autem quomodo ⁊ qualiter, econtra parentes succedunt natura-
libus tantum: vide que scripsi. s̄. titu. j. §. preferuntur.

SVMMARIVM.

1 Hæreditas si deferatur pluribus & quidam adierunt, & quidam repudia-
uerunt, adeuntibus portio deficiens accrescit.
2 Hæres quòd nunq̄ habeat ius in sua parte, nisi hæreditatem adeat.
3 Ius accrescendi competit magis portioni quàm personæ: & an & quando
habeat locum in contractibus. & nu. 5.
4 Pars deficiens in hæreditate, accrescit etiam inuitis.
5 Testator, an & quomodo possit prohibere ius accrescendi?
6 Liberi, transmittunad posteritatem suam hæreditatem non aditam.

1 Si ex pluribus. †Si pluribus deferatur hereditas et quidā
adierunt ⁊ quidam repudiauerunt, adeun-
tibus portio deficiens accrescit: quod ius etiam ad heredes transmittitur.
hoc dicit. ¶ Nota. quod inter coheredes habet locum ius accrescendi in
portionibus hereditarijs, ne testator decedat pro parte testatus et pro
2 parte intestatus. ff. de acquiren. heredita. l. si totaȝ. ¶ †Not. quod heres
nunq̄ habet ius in sua parte, nisi hereditatem adeat. ¶ Not. quod here-
ditas non adita, regulariter non transmittitur. vt. l. j. §. in nouissimo. de
3 caducis tollen. ¶ †Not. quod ius accrescendi competit magis portioni
quam persone, ⁊ ideo transmittitur ad heredes. secus est iure substitutio-
nis, quia illa competit persone. vnde cum persona finitur: vt est casus de
vtroq̄ in. l. si ex pluribus. ff. de suis ⁊ legiti. ¶ Nota quod paria sunt
non velle adire: ⁊ sic repudiare, vel non posse adire: vt impeditus morte
vel alio modo vt sit locus iuri accrescendi. et sic ius accrescendi nunquam
habet locum nisi quis repudiet expresse, vel manifeste appareat quod
si vult, adire non possit. ¶ In glos. prima. ibi: tertio libro habuimus

not. ꝙ sepe nigrũ est amplius ꝙ rubrũ. de quo dixi
4 in rub. pemij huiꝰ cõpilationis. ¶ † In ea. gl. in fi.
ibi: legatis. An ꝛ qñ habeat locũ ius accrescẽdi: dic
5 vt. s. de leg. §. si eadẽ res. ꝛ ibi dixi. ¶ † An aũt ꝛ qñ
habeat locũ in ꝯtibꝰ ius accrescẽdi: dic vt p Bart.
in. l. re cõiuncti. in fi. de leg. iij. ꝛ not. Barto. ꝛ Ang. ꝛ
vterq; dñs meꝰ i. l. si mihi ꝛ tibi. ff. de vb. obli. ꝛ not.
Bar. ꝛ doc. in. l. j. C. qñ nõ pet. par. ꝛ p dñm meũ. i. l.
6 pinde. §. fi. de stip. ser. ¶ † In gl. accrescit. ibi: d vul.
ꝛ pup. substi. §. j. Et dic ꝙ in hr̃ditate accrescit pars
deficiẽs, ẽt inuitis: vt. d. l. j. qñ nõ pet. par. ꝛ est rõ: ne
testator decedat p parte testatus, ꝛ p parte intestatꝰ
vt in. l. si serꝰ cõis ab extero. cũ gl. ff. de acq. here.
qd est verũ si pars deficit de iure cõi vt h. Si aũt de
ficeret d iure spãli, nõ accresceret iuito: sz demũ volẽ
ti. vt ẽ casus i. l. si minor. ff. d acq. here. ꝛ no. gl. ꝛ doc.
in. d. l. j. qñ nõ pe. par. ꝛ Bar. i. d. l. re cõiũcti. Scdo h
est verũ si deficiat ipse iure, secꝰ si ope exceptionis: qꝛ
tũc nõ accrescit cõsochs. vt no. gl. in. l. si duo. in prin.
in vb. iurasse. ꝛ ibi Bar. ff. de iureiur. Tertio, est verũ
nisi succedat iure diuerso, qꝛ tũc inter eos nõ est locꝰ
iuri accrescẽdi. vt. l. sz cũ patrono. in pnc. cũ ibi not. et
ibi Bar. ff. de bo. pos. Quarto h verũ i eadẽ heredita
te, secꝰ in pluribꝰ ptibꝰ, puenietibꝰ ex pluribꝰ hr̃dita
bus: lz ẽt ex eodẽ testõ: qꝛ tũc nõ hz locũ ius accrescẽ
di. vt. l. si sub ꝯdõe. ff. q. mo. vsusfr. amit. ꝛ. l. si duobꝰ.
test. mil. ꝛ no. Bar. in. l. q pñ. ff. de vul. ꝛ pup. ꝛ dcm̃
ius accrescẽdi, dr venire ex tacita volũtate defuncti.
Et id nõ est mirũ, si substitutꝰ illi q repudiauit pferr:
qꝛ substitutꝰ hz expssaꝫ volũtatẽ. l. si tibi ꝛ meuio. §.
iul. de leg. ij. ¶ Ex quo seqꝛ ꝙ ille q hz ius accrescẽ
di, dr habere imediate a lege ꝛ nõ a testõre: lz iudicio
testõris habeat. vt est casus. ꝛ ibi bar. ꝛ Jo. de Jmo.
7 in. l. si testõ. ff. de vul. ꝛ pup. ¶ † An aũt ꝛ qũo testõr
possit phibere ius accrescendi: hr̃ plene. ꝛ ibi doc. in
l. pe. ff. de iniu. test. ꝛ tale ius accrescẽdi, hz locũ añꝙ
alteri parti ius acqsitũ fuerit: nã postꝙ fuit eius ac
quisitũ: lz deficiat nõ hz locũ ius accrescendi: qd est
verũ in pprietate, secꝰ i vsufructu. vt. l. j. §. j. ꝛ ibi ha
beꝛ. ff. de vsufr. accre. Ac ẽt pdicta sunt vã in heredi
tatibꝰ, i legatis aũt nõ fit acqsitio inuito. vt not. in. d.
l. si serꝰ cõis ab extero. ff. de acqr. here. ꝛ ibi ponitur
rõ diuersitatis. ¶ In ea. gl. in fi. vel dic ꝙ illa. l. si so
lus. nõ facit ad ppositũ: qꝛ ibi nõ tractaꝛ de iure ac
crescẽdi: sz id opus est ibi noua aditiõe: qꝛ suo acqri
potuisset, illa portio in q̃ fuit institutꝰ sub cõditione.
hic aũt in illa alia portiõe nullo mõ fuit institutꝰ. ita
vr̃ velle gl. in. l. si ex pluribꝰ. de suis ꝛ legi. ¶ In glo.
in fin. intelligas hoc verũ de hereditate ascendentiũ,
siue ex parte pr̃is siue ex parte matris: qd liberi trãs
mittunt ad posteritatẽ, suã hereditatem nõ aditã. vt
d. l. j. nõ aũt hereditatẽ extraneoꝝ trãsuersaliũ: quia
nõ adita nõ trãsmittitur. vt. d. §. in nouissimo. Suus
aũt heres hereditatẽ pr̃is transmittit ad quoscunq;
etiã extraneos. l. ex militari. §. fi. cũ. l. seq. ꝛ ibi Bart.
ff. de testa. mili. ꝛ no. plene Bar. in. l. ventre. ff. de ac
quirẽ. here. ꝛ ibi doct. ꝛ habeꝛ in. l. si fratris. ꝛ ibi do
cto. C. de iure deli. ꝛ vide. l. apud hostes. d hmõi trãs
missionibꝰ. C. de suis ꝛ legiti. plene per Sali. in repe.
et per Bar. in. d. l. vẽtre. et per glos. ꝛ docto. in. d. l. j.
C. de his qui ante aper. tab.

a ¶ De successione cognatorum. Dictum est. s. de successione legitimorum heredũ: sz qꝛ post legitimos heredes vocãtur ad successionẽ cognati: ideo hic cõuenienter de successione cognatorum, Imperator subiũgit dicẽs.

De successione cognatorum.[a] Rubric.

SVMMARIVM.

1 Cognati, quomodo veniant post suos & agnatos?
2 Suus hæres, quòd præferatur alijs?
3 Emancipatus dicitur suus hæres de iure prætorio.
4 Agnatio est nomẽ iuris ciuilis, sicut cognatio iuris naturalis.
5 Proximus quis dicatur?
6 Quòd de iure duodecim tabu. cognati erant penitus incogniti.

b ¶ Post suos. Iste titulꝰ ad maiorem euidentiam põt diuidi in sex

Post suos. [b] Totus iste tutulus diuiditur in tres partes. Primo quando cognati admittantur: et quo iure. Secundo qui sunt co
gnati. Tertio vsq; ad quotum gradum, agnati ꝛ co
gnati admittanꝛ. Secũda ibi: qua parte. Tertia. ibi:
1 hoc loco. ¶ † Et hoc dicit. Post suos et agnatos
vocantur cognati de iure pretorio, qua parte veniũt
emancipati agnati nisi sit frater ꝛ soror defuncti: qꝛ
2 veniũt cuꝫ agnatis. h. d. ¶ † Not. ꝙ prima causa est
suorum heredũ, ita quod suus heres prefertur alijs.
3 ¶ † Nota quod emancipatus est suus heres de iure
pretorio, ideo est instituẽdus vel rite exheredandus.
alr̃s habet contra tabu. vt. l. non putauit. in prin. ff. de
contra tab. ¶ Not. ibi: naturalis cognatio ꝙ pretor
inspicit naturalitatem vt. s. de here. que ab intest. §.
4 emãcipati. ¶ † No. ꝙ agnatio est nomẽ iuris ciuilis,
sicut cognatio iuris naturalis. facit. l. cas. de capi. di.
¶ No. qd de iure pretorio ita admittebanꝛ cognati,
sicut agnati ꝛ preferebanꝛ ſm gradus prerogatiuaꝫ
ꝛ sic hoc etiam est hodie de iure aut. statutum. vt pa
tet in aut. de hereditatibus que ab intest. §. nullam
vero. ¶ Not. quod pretor vocat agnatos, capite mi
nutos vt cognatos. quoniam de iure ciuili non voca
buntur. ¶ Nota quod pretor non solum vocat co
gnatos descendentes. vt. s. de here. que ab intesta. §.
5 item vetustas. sed etiam collaterales. vt hic. ¶ † No.
ibi: proximos ꝛc. cõiuncta glo. quis dicatur proxi
mus. quod facit ad ea que plene scripsi. s. de legiti.
agna. suc. §. proximus. In gl. cognatos. in fi. sed hoc
non obtinet nouo iure ſm Joã. fab. vide que ibi ha
bẽtur. ꝛ ibi dixi. s. de here. que ab intesta. §. post mor
6 tem. in fin. † Allegatur iste text. quod tenet statutum
qd agnatꝰ preferatur cognatis. nam vt hic vides de
iure. l. xij. tab. preferebantur agnati cognatis, imo co
gnati erant penitus incogniti. quod not. quia quoti
die potest allegari sic.

SVMMARIVM.

1 Cognatio cõtrahitur per filium ex adoptione, licet sit de iure ciuili.
2 Capitis diminutio quælibet (licet oriens in persona adoptati) soluit adoptionem, tamen si mors naturalis contingit in persona adoptantis, adoptionem non soluit.
3 Inducta de iure nouissimo, an habeant locum in illis qui sunt coniuncti solũm vinculo ciuili?

Eos etiam. Transuersales per lineam femininam, et liberi in alterius familia adoptiua existẽtes vocantur: ex isto ordine. hoc dicit. ¶ In gloss. liberi. in fin. dic hodie immutatum vt ibi habetur: et ibi dixi per. l. penulti. C. de
1 adop. ¶ † Not. ex isto casu. §. cum glo. quod per filiũ ex adoptione, licet sit de iure ciuili, tamen cõtrahitur cognatio: qꝛ vocantur vnde cognati per pretorem. videndum est igitur de transuersalibus legitimis tãtum, an sibi inuicem succedant ab intestato ꝛ an tales succedunt legitimis et naturalibus, et econtra? Et circa hoc distingue: aut loquimur in adoptiuis, aut in coniunctis per arrogationem. Primo casu aut sunt adoptiui qui non transeunt in potestatem adoptantis, et planum est quod succedere non possunt transuersalibus aliquibus. vt. l. pen. §. sed vt articulum. C. de adop. si vero transeunt in potestatem (qd est quando sunt adoptati ab alio de ascendentibus, per lineam paternam vel maternam) tunc planum est quod ipi possunt succedere ex eo capite: quia sunt naturali agnatione coniuncti. vt in authenti. de here. que ab intestato. §. nullam vero. sed si volunt succedere ex aliquo capite vel gradu adoptiõis, possunt: si talis adoptio non fuit dissoluta per emancipationem succedere agnatis adoptantis, non autem cognatis. l. qui in adoptione. ff. de adoptio. vnde si proauus maternus sibi adoptauit pronepotem in filium: et ex tali proauo post eius mortem superessent tres filij legitimi et naturales, qui inuicem essent coniuncti ex patre tantum: quia quilibet eorum ex diuersa matre natus esset, et vnus ex his ab intestato moriatur, succedunt sibi reliqui duo fratres, et ille pronepos adoptatus loco filij. vt. d. l. qui in adoptionem. s. de legiti. agnato. successio. §. per adoptio. et. l. penulti. §. si vero pater naturalis. C. de

partes et planus erit. In quarum prima ostẽdit qs proximi cognati ad successionẽ ab intestato vocenꝛ a pretore, naturalis tantum cognationis rõne i hoc inspecta. In scda sumit rõnes ex premissis, pp̃ter quã agnati capite diminuti sint a ptore i ordine cognatoꝝ ad successionẽ ab intesta. vocẽtur: exceptis tãtũmõ fratre et sorore emãcipatis. In tertia ostẽdit q̃ gradu cognati q p feminini serꝰ psonas descẽdũt, ad successionẽ vocenꝛ. In qrta ostẽdit rõnem quare vulgo qsitis deꝛ bo. pos. ex ea parte succedendi qua proximitatis nomine cognati vocanꝛ ad successionẽ. In qnta ostendit vsq; ad quem graduꝫ succedunt agnati. In sexta et vltima determinat vsq; ad quem gradum cognationis pmittit ptor bo. pos. noie proximitatis: ꝛ eis q nati sunt a sobrino vel a sobrina, prima pars protẽditur vsq; ad illũ §. naꝫ agnati. Ibi incipit scda ꝛ durat vsq; ad illum §. eos ẽt q ibi tertia ꝛ durat vsq; ad illum. §. vulgo qsitos. ibi quarta et durat vsq; ad illũ §. h loco. ibi qnta ꝛ durat vsq; ad illum. §. primitas vero. ibi sexta ꝛ vltima ꝛ durat vsq; in fi. ti. ꝛ sic est plana tota litera ꝛc.

lis.C.de adop.vbi aũt nulla adoptio ĩteruenisset,planũ eſt ꝙ iſte ꝑne
pos exclusus fuiſſet a fratrib⁹ defuncte ꝑſone:vt no.gl.ĩ auť.poſt fra-
tres.la.ij.C.de legi.here.Itẽ ſi ꝯſtat ꝙ aliqs illoꝝ duoꝝ fratrũ ſubſti
tutoꝝ fuiſſet vtrinq; ꝯiunct⁹,excluſiſſet hũc nepotẽ.q cẽſeť eẽ frater
2 defuncte ꝑſone ex pr̃e tm̃,rõne adoptiõis.vt.d.§.reliquũ ⁊c. ❡†Ex
ꝑdictis quoq; ptz ꝙ lz q̃libet capitꝫ diminutio oriẽs ĩ ꝑſona adopta
ti,ſoluat adoptionẽ.vt.ſ.de leg.agna.ſuc.§.fi.tñ ſi mors nãlis cõtin-
git in ꝑſona adoptãtis,adoptionẽ nõ ſoluit, imo adhuc durare dr̃ in
ter adoptatũ ⁊ agnatos adoptãtis:vt.d.§.ꝑ adoptionẽ.⁊ ꝓbať i.l.iij.
§.ſi pr̃ alicui⁹.vbi Dy.tz h̃.⁊.l.vtrũ.ff.de bo.poſ.ꝯ tab.imo plus dicẽ-
dũ eſt,ꝙ nulla capitꝫ diminutio oriẽs in ꝑſona adoptãtis,ſoluit ado
ptionẽ vt.ſ.de adop.§.illud.cũ ſi.Scdo caſu qñ loqmur d̃ arrogotis:
cta.l.si filius.C.ne filius p patre.intelligūt in pena pecuniaria, in male
ficijs per rationem illius glosse quia ad illa pater potest se obligare
pacto: ergo ⁊ statuto: vt.l.nec ex pretorio.ff.de regulis iuris.⁊ notat
Bartol.in.l.non impossibile.⁊ ibi Docto.ff.de pactis.⁊ late Bart.in
l.omnes populi.ff.de iustitia ⁊ iure secus.si pro pena corporali, se obli
garet.xxiij.q.v.cum homo cum glo.facit.l.prima.C.quod cū eod.⁊ est
ratio isto vltimo casu: quia sponte, nemo potest se cōmittere iniurie
corporali que scindet carnem.l.j.§.vsqz adeo.⁊ ibi Bar.ff.de iniurijs.
vel alio modo torqueat personam: vt.l.interdū.§.qui furem, ⁊ ibi glo.
⁊ Bar.ff.de fur.⁊ licet.d.l.statutum pecuniarium videatur continere
aliquam iniquitatem, tamē valet: arg.l.si quis in suo.§.legis.C.de in-
offi.testamē. Et ita etiam tenet Ang.⁊ Imo.in.l.cum filius.in prin.
in ver.extra glo.adde dictis Barto.ff.de verb.oblig. ¶ Quero an di-
ctum statutū, restringatur ad commissa tantum in territorio statuen
tis? Et Bar.in tractatu represaliarum.in.iiij.q.prime.q.principalis.
dicit ꝙ restringitur tantum, ad commissa in territorio statuentis.ar.
l.cum vnus.§.fi.ff.de bo.autorita.iudi.possidē. Sed Bal.in dicta.l.j.
⁊ Sali.in.d.l.si filius.licet hoc teneant, allegāt tamen ꝙ dictū statutū
nō porriget vires, extra suū territoriū vt.l.fi.ff.de iuris.om.iudic.igi-
tur cum extra territorium debeat seruari ius commune pater non te-
10 netur vt hic. ¶ † Quero an quod pater soluit pro condemnatione fi-
lij, debeat in legitimam computari: dic aut pater redemit filiū captū
ab hostibus, ⁊ videtur facere pietatis causa: ⁊ sic nō imputatur in par
tem filij: vt.l.liber captus.C.de captiuis. Aut pater soluit ꝯdēnatio-
nem pro filio, virtute statuti: ⁊ sic ex necessitate ⁊ filius debet in legiti
ma computare: quia in necessitatibus, nemo liberalis existit: vt.l.rez
legatam.⁊ ibi Bar.ff.de adimē.lega. Si vero ex mera liberalitate vel
pietate, ⁊ nō computat: quia est donatio inter viuos: que donatio in
legitimā in totum vel in partem nō computatur.nisi expresse id actū
sit: vt.l.si quādo.§.finali.cum ibi not.per Doctores.C.de inofficioso
testamento: quem tex.singulariter nota p mulieribus dotandis, que
vt plurimum renuntiant fratribus hereditatem paternam: qui pro
pter dictam renuntiationem etiam latissimam, intelligit esse renun-
tiatum iuri legitime, vel agēdi ad supplementū legitime: vt ergo etiā
hec comprehendatur, facias ꝙ in renuntiatione de hoc etiā fiat spe-
cifica mētio: vt no. Doctores in.d.§.fi.⁊ Guil.⁊ Bald.⁊ do. Flori.in.l.
de his.ff.de transact. Sed forte in casu nostro, imo computabitur: qr
videtur esse donatio ob causam, que semper in legitimā computatur
vt.l.quoniā nouella.⁊ ibi Doctores in.l.omnimodo.§.fi.C.de inoffi.
testamento.ita dicit Baldus in authen.si captiui.C.de episco.⁊ cler.
sed istam materiam posuit Bar.multū latissime licet Bald.de eo nō
faciat mentionem in.l.sticho.post principiū.ff.de pecu.legato vbi sin
gulariter distinguit, an filius habeat peculiū vel nō: quia quando ha-
bet peculiū: in dubio videtur soluisse de illo peculio: etiam in aduen-
titijs argumen.l.nesennius.ff.de negotijs gestis.⁊.l.post mortē.⁊ ibi
Bartolus.ff.quando ex facto tu.l.cum post.§.primo ⁊ ibi Bart.ff.de
administra.tut. Si vero filius nullum peculium habeat, nec pater sta
tuto coarctetur ad soluendū dictam condemnationem: ⁊ tamē si sol-
uit, videt in dubio soluere ex causa pietatis. ¶ Et tu addas: maxime
quando carceratus vel quando in defectum pene pecuniarie, erat cor
poralis vt no.per Bartolū.in dicta.l.sticho.in prin.⁊ quod no. Bald.
in.l.fina.C.de negotijs gest. Et ideo ꝺm Bar.non repetit a filio, nec fi
lius computat in suam partem.argumē.l.j.cum not.per doctores.C.
de nego.gest.⁊ istud credo verius. ¶ In eadem glo.ibi obligatur ser-
uus domino naturaliter ⁊c. Tu dic ꝙ hoc debet intelligi de iure gen-
tium primeuo: quo gentes vtebantur, eo ipso ꝙ gentes inceperunt sta
tuere: quia tunc quelibet liber erat, alias autem secus, quando incepe
rūt ordinare bella ⁊ captiuitates introducere: vt supra de iure natu
rali.§.bella.ita dicit Bart.in.l.si id quod dominus.ff.de cōdi.indebi.
¶ In eadem gl.ibi vel seruus in rem domini vertit ⁊c. Omissis mul-
tis que hic tanguntur per Ioannem fab.et Ioannem de pla.in hac
materia sufficiat remissio, maxime cum intendam ponere materia in
§.in rem infra eodē.⁊ vide Baldū in rubrica.C.de instito.⁊ exercito-
ria.⁊ Cyn.⁊ Bald.⁊ Salice.in.l.penultima ⁊ finali.C.quod cuz eo.in

11 practica. † tu dic formam libelli in actiōe de in rem verso.dic ꝙ Caio
filio Seij, mutuaui summam vnam frumenti quam dictus Caius cō
uertit in vtilitatem dicti Seij patris sui: quia cū eo, pauit eius fami-
liam: cum enim pater ex contractu filij teneatur, quatenus versum est
in vtilitatem suam: ideo peto dictū Caium mihi condemnari ad resti
tuendam dictam summam frumēti eque boni ⁊c.facit.l.cum qd.ff.si
certum pet. ¶ In eadem gl.ibi.ff.quod iussu.l.j.⁊ fi.de hac materia vi
de plene in.l.si mādator.⁊ ibi Doctores ⁊ Cy.⁊ Sali.C.qđ cum eo.di-
cam.j.eo.ti.§.si quis igitur iussu. Forma autē tu in hac actione libellū
sic.dico ꝙ titius dedit Caio filio suo, liberam potestatem contrahen-
di cum quocūqz: siue dicas isto modo: ꝙ Titius publice notificauit
ꝙ vnusquisqz cū Caio filio suo cōtraheret, vel cōtrahere possit: vel di-
cas secundum casus contingētiam, ꝙ te rogauit vel te interpellauit,
vel te solicitauit vt cum filio suo contraheres: vel dicas ꝙ postꝙ cum
dicto filio suo contraxisti, dictus Titius pater verbo vel epistola vel
nūtio hoc ratificauit: ⁊ qualiter tu vēdidisti pro decem lanam dicto
Caio: virtute dicti iussus propter quod dictus Titius pater est tibi
ad dicta decem insolidum obligatus: quare petis dictum Titium cō
dēnari ad dandum ⁊ soluendum dicta decem. ¶ In eadem glos.ibi:
excercitoria.de hac materia dicā.j.titu.j.§.excercitoria in qua forma
libellū sic: dico ꝙ titius proposuit Caiū in magistrū sue nauis, quam
retinet in tali loco pro mercibus ⁊ personis vehēdis: ⁊ ꝙ dicta nauis
indigebat ammolatione vel reparatione, p ducatis centum: ⁊ qđ di-
ctus magister Caius, pro dicta ammolatiōe necessaria vel reparatio
ne fienda, cētum ducatos a me mutuo accepit: quare peto dictuz Ti-
tium excercitorē mihi condēnari ad dandū ⁊ soluendum dictos duca
tos centum. ¶ Nam tene menti ꝙ si magister acciperet pecuniaz mu
tuo, in causam in qua expresse habuit mādatum qr habuit mandatuz
vt acciperet pecuniam mutuo in certam ⁊ determinataz causam: tūc
sufficit ꝙ tēpore mutui, illam cām exprimat: qr etiā si illa pecunia nō
egeat, nec illa cā esset tempore mutui vera nō noceret mutuāti: iste est
tex.no.in.l.j.§.non autem.⁊ ibi Ang.⁊ Pau.de ca.de exercito.⁊ hoc
vult Bar.in.l.ciuitas.ff.si certum petatur.⁊ in aut.hoc ius porrectū.
⁊ ibi doctores.C.de sacrosan.eccle. Sed qñ nō habet ad hoc mādatuz
expressum sed tacitum, quia simpliciter erat ppositus ad nauem: taci
te enim videtur prepositus ad omne, sine quo dictā nauē exercere nō
posset.argu.l.ij.ff.de iurisdi.omnium iudi.⁊ per cōsequēs videtur ha-
buisse tacitum mādatum, ad nauem reparandā: ⁊ si opus est pro hoc
pecuniam mutuo accipiendam tūc nō sufficit quod voluit pecuniam
pro naui reficienda, ad hoc mutuās habeat regressum ad dominum:
nisi quatuor concurrant. Primo qđ magister dicat, se in causam na-
uis reficiende accipere. Secundo ꝙ in veritate, nauis indigebat repa-
ratione. Tertio ꝙ in tantum mutues, quantum in dicta reparatione
errogari potuisset ⁊ non plus. Quarto ꝙ predicta fiant tali loco ⁊ tem-
pore, quibus verosimile sit hoc, ꝙ nauis refici possit: als secus nam si
dicta quatuor concurrant, habet regressum contra dominum etiam si
dicta pecunia non sit conuersa in dictam causam specificatam: vt est
casus singularis in.l.fi.⁊ ibi Ang.⁊ Pau.de ca.ff.de exerci.quod per-
petuo tene menti pro tutoribus ⁊ alijs administratoribus: quando
dicunt quod ad id quod fecerunt, habuerunt saltem tacitum manda-
12 tum quia oportet ꝙ dicte coniecture concurrant. ¶ † In eadem glo.
ibi.item institoria ⁊c.de hoc dicam.j.tit.j.§.institoria. Et forma libel
lum in ea sic: dico ꝙ Titius mercator preposuit ⁊ instituit Caium ta
li negotiationi, ⁊ cum dicto Caio institore eius rei causa cui preposi-
tus fuerat, contraxi quia vendidi sibi lanam pro decem quare peto di
ctum Titium mercatorem et institorem condemnari ad dandum et
soluendum mihi dicta decem ⁊c.de quo vide Spe.de solu.in.§.perno-
13 tandum: ver.item frequenter ⁊c. ¶ † In ea glo.ibi item tributoria.de
hoc dicam.j.titu.j.§.introduxit. Et in ea sic forma libellum, dico quod
Caius filius Titij in lana negotiabatur: ⁊ ꝙ ego sciente ⁊ non con-
tradicente eius patre, vendidi ⁊ tradidi sibi libras mille lane, valoris
florenorum centum.dicitur enim ꝙ dictus Caius filius habet aliquos
alios creditores: ⁊ ꝙ dictus Titius pater, habet penes se omnes mer
ces peculij dicti sui filij: quare peto dictum Titiū (qui asserit etiam
se creditorem dicti sui filij) condemnari ad contributionem et ad dā-
dum ⁊ soluendum mihi totum illud quod mihi contingere potest: fa
cta diuisione dictarum mercium pecularium inter omnes creditores
dicti Caij: vide etiam Speculatorē in dicto.§.pernotandum.ver.por-
ro, ¶ In eadem gloss.j.de noxa.in fine tituli Quid autem si filius ex
delicto conueniatur: ⁊ est contumax, an postquam non potest teneri
noxaliter pater, an saltem possit fieri executio in peculio profectitio?
⁊ glo.in dicto.§.fi.magis inclinat quod non. Bartolus in.l.si finita.§.
si de vectigalibus.in fin.ff.de damno infecto.dicit illud fore verum, si
semper filius fuit contumax: ⁊ per consequens cum eo non potest mo
do aliquo dici contractum, virtute dicti iudicij supple etiam si pater
sciuerit dictum iudicium contra filium agitari: vt est tex.cum glo.no.
in.l.presens.⁊ ibi Bart.⁊ doct.C.de pigno.⁊ no. Dyn.⁊ Bartolus in
lege cum filius.in principio.ff.de verborū obligationibus. Si autem
filius fuisset litem contestatus: ⁊ sic per hoc quasi contraxisset: vt.l.iii.
§.idem scribit.⁊ ibi gloss.⁊ late Barto.ff.de pecu.⁊.l.iiij.§.fina.et per

glossam ꝛ Bartolum.ff.de preto.stipu.licet postea absens,fuerit cõdẽnatus:tñferet executio ĩ dicto peculio ꝓfectitio:vt est gl.no.in.l.si cõdẽnatus.ff.de noxa.qḋ bene no. An aũt ꝛ qñ cõtumacia filij vel ei⁹ cõfessio ficta vel vera,noceat pr̃i: vide late p Bar.ꝛ Dy.in.d.l.cũ fili⁹.in pn̄.ꝛ p Bal.in.l.j.ꝛ p Sali.in.l.si fili⁹.C.ne fili⁹ p pꝛe. An aũt publicatis bonis paternis,publicet̃ peculium ꝓfectitiũ in pꝛeiudiciũ filij? dicas ꝙ nõ vt est tex.singularis in.l.iij.§.sed vtrũ.ff.de mino.ꝛ ecõtra: publicatis bonis filij ꝓpter delictũ,an intelligat̃ esse publicatũ peculiũ etiã aduẽtitiũ? dicas ꝙ nõ ad pꝛeiudiciũ patris:vt est casus singularis in.l.iij.C.de sen.pas.de quo late per Bar.ꝛ Ang.Raph.ꝛ Imo.in
14 d.§.si de vectigalib⁹. ¶ Quero an filiusfa.possit esse ĩ iudicio:ꝛ tam de iure antiquo ꝙ de nouo:tam in agẽdo ꝙ in defendẽdo sine patris cõsensu. Et aduertendum est,ꝙ olim quicquid acquirebat filius,illḋ acquirebat ilico etiã quo ad actiones patri regulariter:vt dixi.s.per l.j.in pꝛin.ff.si quis a patre fue.manumis. Ex quo sequitur,ꝙ cũ regulariter sibi actio non competeret,non potest aliquam actionẽ mouere in agẽdo:frustra ergo tractatur,an illis casibus stare possit in iudicio sine consensu patris tam in contractibus ꝙ in delictis. ¶ In conueniendo vero,poterit stare in iudicio vt reus tam in contractibus ꝙ in delictis:vt.l.tam ex contractibus.ff.de indi. Sunt tamen aliqui casus,in quibus de iure antiquo filio competebat,vt est actio iniuriarũ quod vi aut clam.depositi.commodati,actio in factum nõ dico subsidiaria:sed que popularis est vt.l.filiusfam.ꝛ.l.in factũ.ff.de act.ꝛ ob. Et que sit ratio specialitatis,in aliquibus ex dictis casib⁹,dixit Bar. ibi ꝙ nunquã intellexit. Erit ergo ratio per.l.non omnium.ff.de leg. ¶ Item ꝛ in dote:vt.l.ij.ff.solu.matrimo.ꝛ.l.filiusfa.§.sed si filia.ff.de procu. Item in querela inofficiosi,que est ꝓpria iniuria filij:vt.l.si filius.ff.de inoffi.testa.ꝛ istis casibus,licet filio competeret pꝛoprietas actionum.tamen earum exercitium sibi nõ cõpetebat:nec aliquo mõ agere poterat:quia nõ reperitur iure cautum:igitur ꝛc.vt.l.illam.C. de colla.imo cõtrarium innuit tex.in.l.quod seruus.ꝛ ibi no.ff.depositi. Ex quo sequitur,ꝙ etiam isto casu frustra tractat̃ de cõsensu paterno. Et predicta sunt vera,nisi in predictis casibus vel aliquo pdictorum pater esset absens cui competebat exercitium dictarum actionum.nam etiam hodie licet ꝓprietas actiõis,queratur filio:vt in.l.j. j.cum simi.C.de bonis mater.tamen patri competit exercitium:tã in agendo ꝙ in excipiendo,vel defendendo:vt.l.fi.§.vbi autem.C.de bo. que libe.tunc quãdo pater est absens ꝛ nullum procuratorem dimisit etiam generalẽ,tunc talis filius ex dicto cõtractu suo vel ex noxa dãno vel iniuria sibi illata,potest intentare vtilem actionẽ nomine patris:tamen iste tex.ꝛ gl.ꝛ ibi omnino vide Ange.in.l.si longi⁹.§.j.ff. de indi. Nam etiam in dictis casib⁹,si pater esset pꝛesens vel procurator paternus,filio denegaretur exercitiũ dictarũ actionum:vt est casus in.d.l.filiusfami.in pꝛin.ꝛ.d.§.sꝫ si filia.ꝛ.l.si vn⁹.§.filio.ꝛ ibi Bar. ff.de iniurijs. Et in istis casibus,quãdo filius exercet actiones tã in ciuili ꝙ in criminali actione,etiam quãdo conuenitur non reperitur iure cautum antiquitus,ꝙ consensus paternus esset necessari⁹:vt in dictis iuribus:ꝛ.l.noxali.cum sequen.ff.de noxa.ꝛ.l.fi.§.j.ꝛ ibi Bar.et Ang.ꝛ Imo.ff.de verbo.oblig.ꝛ.l.inter liberos.§.pꝛimo.ꝛ ibi Bart. in.l.filiusfamilias.ꝛ ibi Bar.ff.de adulterijs. Hodie vo dixit Ang.in dicta.l.si lõgius.§.pꝛimo.ꝛ Barto.notat in.l.finali.§.necessitatem.C. de bonis que liberis.quod pꝛoprietas omnium actionum in aduentitijs,est filij ꝛ vsusfructus patris:tamen filius nullo modo exercẽdo dictas actiões actiue ꝛ passiue,se intromittit:vt.l.j.§.fi.C. de anna.exceptio.ꝛ.l.finali.§.vbi autem.C.de bonis que lib.qꝛ pater est legitimus filij administrator:vt.l.j.in fi.cum authentica nisi tricennalis.cum ibi no.per glo.ꝛ doctores.C.de bonis mater.sed vbi patri non queritur vsusfructus,ꝛ vbi sit non legitimus administrator.vt authentica excipit.cũ gl.C.de bonis que lib.tunc filius etiam suo noĩe,intentat omnes actiones directas.ꝛ fm Ange.in dicta.l.si lõgius.§.pꝛimo.tunc pater tenetur filio cõsentire:ad substantiandum iudiciũ etiam pignoribus captis ꝛ multa indicta:vt est tex.ꝛ gl.in fine.§.necessitate.C.de bonis que lib. Et istud videtur sequi Bar.in.d.l.si longius.§.pꝛimo.ꝛ istam opinionem fuit secutus Accur.gloss.in dicto.§.necessitate.et vbiqꝫ. Sed Lotha.gl.antiquus ibi dicit,quod quando potest vsusfructus queri patri:tunc in signũ repudiationis,requiritur cõsensus patris. Ita loquitur dict⁹.§.necessitate.nõ alias:ne dicta iura antiqua corrigãtur.vt dicta.l.noxali.cum sequẽ.quia si de iure antiquo aliquo casu persona filij taꝫ in agendo ꝙ in defendẽdo erat integra:vt in iuribus supra allegatis.ergo fortius de iure nouo vbi persona filij in aduentitijs,nõ est diminuta imo aucta:vt.l.prima cum similibus.C.de bonis mater. Et pꝛo hoc Bar.in dicto.§.necessitate.allegat tex.in authentico vt liceat matri ꝛ auie.in pꝛincip.ꝛ allegat casum in.c.fi.extra de iu.in sexto. Et istam opinionem Lotha.tenent Ultramõta.ꝛ Cy. in dicto.§.necessitate.circa principium.ꝛ Angelus ibi in versiculo in eadem glossa.ibi:dic ꝙ pater sine cõsensu ꝛ cetera:dicit quod hec est vera et approbata per omnes doctores tam in spiritualibus ꝙ in alijs,in qui bus patri non querit̃ vsusfructus:quod potest filiusfamilias tam in agendo ꝙ in defendendo sistere in iudicio sine patre:vt dicto capitulo finali.de iudicijs in sexto. Consulo tamen vt omnia sine scrupulo procedant:vt semper facias patrem consentire cum potes. Et hanc etiam opinionem fuit secutus Butriga.in dicto.§.necessitate.ꝛ ibi Salicetus in versiculo sed istam solutionem secũdam reuoco in dubium ꝛ cetera.dicens quod.§.necessitate.si bene ponderetur, loquitur continuatiue ad precedentia:ꝛ sic intelligendus ꝛ restringẽdus ad pꝛecedentia:vt.l.heredes palam.§.sed si notam.ff.de testamentis:habet ergo secundum eum,filius pꝛobare duo,quando est in iudicio:ꝛ sum⁹ in casu qḋ possibile foret vsumfructũ patri cõpetere:vecꝫ qḋ pater recusauit vsumfructuꝫ. Itẽ ꝛ qḋ ei⁹ rei administrationẽ habere nõ voluit:vt.d.§.necessitate.cũ.§.sequẽti.ꝛ eo hoc nõ pꝛobãte in signũ repudiationis vtriusqꝫ ipsorum seu alteri⁹ eorũ,qḋ fili⁹ tũc satis non ꝓbauerit pater ei habet cõsentire:ꝛ ita intelligit opinio. Lotha. Sed Bal.in.d.§.necessitate.in vẽsi.quero nũquid filiusfamilias sit integer homo ꝛc.tenet quod imo semper requiratur consensus patris:ꝛ sic tenet opinionem Accursij glossa.et dicit quod hec est communis opinio,pro quo allegat dictũ.c.finale. in versiculo huiusmodi quoqꝫ.vbi dicitur quod regulariter filiusfamilias sine consensu patris,in iudicio esse nõ potest:ac etiam dicit opinio. Lotha. Ultramonta. Bar.et sequacium fore pessimam:quia si pater pꝛetenderet se habere vsumfructum,non posset compelli consentire filio:ꝛ ideo dictus.§.necessitate. loquitur in alijs ꝙ in aduentitijs. Cõcludendo dicas,adherẽs tu opinioni gl.ꝛ de alijs non cures. Tu autem non debes curare de opinione sua.quia si.§.necessitate.loquitur in alijs ꝙ in aduẽtitijs,nõ potest loqui in beneficialibus in quibus non requiritur consensus patris:vt d.l.fi.aut in ꝓfectitijs in quib⁹ hodie nihil est immutatũ scdm gl.quã oẽs doctores sequuntur in.d.l.fi.§.j.C.de bonis q̃ libe.ꝛ sic nõ requiritur cõsensus patris,aut in castrẽsi vel quasi ꝛ clarũ est ꝙ in illis nõ tm̃ nõ requirit̃ consensus,sꝫ etiã patre inuito poterit stare in iudicio:vt.l. miles pꝛecipuã.§.j.ff.de castrensi peculio.ergo arguẽdo a sufficiẽti numeratione partiũ,dict⁹.§.necessitate.necessario loquit̃ in aduẽtitijs. ergo opi. Bar.falsissima.sed Io.de imo.in.l.fi.§.j.ff.de verbo.obliga. dicit ꝙ Moderni tenent opinionem Lotha.sed tutius est obseruare secundam opinio.gl. Istud tamen dixit Ang.in.d.§.necessitate.ꝛ ibi etiam Salice.ꝛ Flo.videtur inclinare in hãc sententiam,ex quibus si aduertas Bar.ꝛ Ang.sibijpsis adinuicem sunt contrarij:de eo quod ipsi notant in dicta.l.si longius.§.j.ꝛ in dicto.§.necessitate.tu aũt aduertas ꝙ pro opinione gl.ꝛ Bal.multum facit.§.necessitate.in versiculo ac iudiciuꝫ:vbi tex.videtur moueri tantummodo ista ratione:qꝛ pater tenetur consistere filio,non in signum repudiationis vsufru.sed ne videatur consistere in iudicio sine paterna voluntate:que ratio est generalis,igitur vniuersaliter intelligeretur. Nec obstat dictum.c.fin. quia ibi loquitur in spiritualibus,in quibus agit ꝛ cõuenitur sine patre vt integer homo:vt est glo.singula.de iure nostro in.l.ait pretor.in principio.ff.de minori.que beneficia equiparantur castrẽsibus vt no. gl.valde magistra in.c.ex parte. De restitutio.spolia.sed in castrensibus,nõ est dubium quia etiam ipse agit in illis contra patrem. Illis nulla.cum gl.ff.de iudi.ꝛ contra quencunqꝫ etiam inuito patre:vt supra dixi:tamen hoc non obstante de iure credo veriorem opi. Lotha. ꝛ doctorum. Primo vt euitetur legum correctio. Secundo quia.§.necessitate.videtur magis venire in diminutionem ꝛ grauedinẽ patris nõ consentientis,vt filius adeat:ꝙ in fauorem patris.ergo saltem nõ debet operari correctionem iuris antiqui:quia si induceretur correctio,esset ibi sensus suppletus ꝛ subauditur quod non permittitur in correctione:vt est glo.in.c.cupientes.§.quod si per viginti.de electi.in sexto. Tertio moueor per dictum.c.fina.in ver.cum de his.coniuncta gl.quia ille tex.non tantum in beneficialibus,sed etiam in alijs in quibus non queritur vsusfructus patri loquitur:vt dicit ibi glo.ꝛ sic ille tex.nõ fundat se,quia sunt spiritualia ꝛ ad similitudinẽ castrẽsiũ fundat se in hoc quia in istis ꝛ in quibus patri non queritur vsusfructus, vt in glos.pater se intromittere non habeat cum ergo ibi sit expꝛessa ratio in lege ꝛ non tractetur ibi de correctione sed est casus exoꝛbitãs: ergo vbicunqꝫ habet locum dicta ratio,habebit locum legis dispositio.vt.l.pꝛima.cum glo.C.de his qui ante aper.tabu.igitur in omnibus casibus in quibus patri nõ queritur vsusfructus,pater nõ se habet intromittere.quod maxime patet:quia in illis datur curator:vt dicta.l.finali.§.finantem patre recusante.C.de bonis que lib.igitur in illis non requiritur consensus,quando filius est in iudicio. Nõ obstat ratio dicti.§.necessitate.quia ille tex.est correctorius:ergo ex eius ratione.argui nõ potest,vt extendatur ad alium casuꝫ:vt authẽti.quas actiones.cum gl.et ibi Barto.et doctores.C.de sacrosanc.eccle.et dixi s.proximo.§.cogita tu.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum,habetur pro veritate.
2 Iuramenti,plures sunt species.
3 Paria sunt iurare,vel per deferentem fuisse iuramentum remissum.
4 Actio in factum,quare datur in actione reali?
5 Iuramentum,an habeat executionem paratam vt sententia?
6 Obligatio & actio,oriuntur ex iuramento.

Periurus,

7 Periurus, ciuiliter punitur.
8 Ius nouum & antiquum, an differant?
9 Libellus in actione in factum, qualiter formetur?
10 Libellus in actione reali, qualiter formetur?

a Item si quis. [a] ¶ Diuidit in duas partes. q2 pmo ponitur questio. scdo qonis deciso. Scda ibi iustissime. ⁊ h.d. Si qs iurauerit aduersario deferēte i iudicio, datur ei sacramēto actio. h.d. ¶ No. ꝙ ex iuramēto dat actio: ⁊ dat actio in factū: vt notat in.l.nā et postea.§.fi.cū gl.ff.de iureiurā. de quo per Bart. in.l.si quis pro eo.in prin.ff.de fideiussori. ⁊ dicaz infra in gl.in ver.actionez. ¶ No. ꝙ ista actio in factum ex iuramēto, est personalis ⁊ pretoria: vt s.eo.ti.§.in personam. ¶ Not. ꝙ ad hoc vt oriat actio ex iuramento, opus est vt iuret reo deferen
1 te ⁊ nō alias: vt hic. ¶ † Not. ibi: nō aliud querit. ꝙ iuramtntum habetur p veritate: ⁊ per consequens iurans ad delationē aduersarij, nō potest de falso argui: an autē alias penas patiatur: dicam plene cum gl.fi. ¶ Ex quo nota ⁊ tene mēti ꝙ iuramentū decisiuum, habet vim plene probatiōis: vt hic.l.nō erit.§.dato.⁊.l.nā ⁊ postea.§.j.ff.de iureiuran. ¶ Item habet vim sententie. vt.ff.eo.l.sed ⁊ si possessori.§.fi.cum gl. ⁊ per consequēs habet vim sententie, precedētibus probationibus veris. Ex quo sequitur ꝙ nō retractat p instrumēta de nouo reperta: sicut nec retractat sentētia: vt l.sub specie.C.de re iudica. secus in iuramento necessario, ⁊ sententia lata eius vigore: quia illud habet vim ficte probationis: ideo retractat per instrumēta de nouo reperta: ⁊ non tantum ipsuz iuramentū, sed etiam sententia retractabitur: vt l.admonēdi. ⁊ ibi late Bar.ff.eodem tit. Ex his etiam nota, ꝙ iuramentū habet executionē paratam: vt snīam nec aliqd potest opponi nisi prout no.glo.no.d.l.§.dato. ⁊ quod ibi Ange. ¶ Quod facit ad statutū, quo cauetur ꝙ cōtra instrumentum guarētigie vel cōtra snīam, nō possit aliqua exceptio opponi: nam propter hoc, non videntur esse sublate legitime exceptiones: vt ibi per glo. ⁊ Ant. ⁊ per glo. ⁊ Bar. latissime in.l.j.§.ij.ff.qd vi aut clam. ⁊ per Barto.in.l.ij.§.pretor.ff.qui satis. cog. ⁊ per gl. Cyn. Bal. ⁊ Sali. late in.l.ita nobis pudor.C.de adulte. ⁊ per Imo.in.l.fi.ff.a qui.ap. licet vel nō. ¶ No. ꝙ iuramentuz, facit de nō debito debitum vt hic: sicut sententia: vt.l.j.cū materia.C.de condi.inde. ⁊.l.si fideiussor.§.fi.ff.man
2 dati. ¶ † Et pmitte ꝙ plures sunt spēs iuramēti. Nam quoddā est iuramentum conuētionale: quod ex simplici cōuentione partium prestat.l.j. ⁊.l.iusiurandū. quod ex cōuentione.ff.de iureiuran. Aliud est iudiciale, quod defert a parte parti in iudicio iudice approbāte: vt hic ⁊.d.l.j.in fi. Est ⁊ tertium iuramentum, necessariuz qd pertinet ad litis decisionē. Et istud ē triplex. Primo quādo defertur in defectum probationis: de quo in.d.l.admonendi. Secūdo quando defertur iura mentum purgationis: de quo in.l.presenti.C. de his qui ad eccl.cōfu. Tertium est, qd defert ppter litem examinandam. de quo loquitur titulus de iureiur. Item est aliud iuramentū veritatis, ⁊ aliud iuramentū in litē: de quo in tit.ff.de in litē iur. Ista habent per tex. ⁊ Bar.in.l.j. ⁊ gl.in rub. ff.eo de quibus ibi plene per Bar. ⁊ plura alia iuramēta. hic autem de iuramēto, tantūmodo delato a parte parti, iudice approbāte in iudicio: et de hoc tantūmō dicet. ¶ In glos. postulante. in fine. dicit Io.fab. Dic hoc verū in iurante, ad sui vtilitatē: sz pdesset parti aduerse, si iuraret ꝯtra se vt.ff.de iterro.acti.l.de etate.§.qui interrogat. Itē posset vno casu sibi prodesse, si diceret ꝯtra se ⁊ etiam pro se ⁊ aduersarius niteret ex confessione: quia tunc aduersarius habet accipere totū cōtra se: sicut vult accipere p se: facit pro eo.l.publia.in fi.ff.depositi. cōiuncta.l.si filius.ff.ad macedo. Tu dic ꝙ tali iuramento, ⁊ per consequēs confessioni, omnino statur cōtra se. Sed an pbet p se, etiam si acceptata fuerit cōfessio per aduersariū: iudex estimabit: vt dicit tex.in.d.l.publia. in fi. nam inspiciet qualitatē scribētis: ⁊ an verosimile p se scripserit, vel non: ⁊ an potuerit dicta confessio pro parte acceptari, ⁊ pro parte non: vt si est vno cōtextu seu constructu verborum separata: vt no. Cy.in.xiij.q. ⁊ ibi Bal.i.l.j.C.de ꝯfes. ⁊ ibi Sal. Rapha. ⁊ Flo. ⁊ no.gl. Cy. Bar. Bald. ⁊ Sal.in.l.si quidē.C.de excep. ⁊ Bald.in.l.j.C.vt que desunt aduo.iu.sup. ⁊ ibi Sali. vbi dicūt contra communē practicam procuratorū, producentium instrumēta: quia protestantur se producere in partibus facientibus p se, ⁊ nō aliter: q2 talis ptestatio si productio acceptetur per partē, non releuat: de quo elegāter per Barto.in.l.post legatum.in princ.ff.de his quib.vt indig. ⁊ Barto.l. aurelius.§.idem quesijt.ff.de lib.leg. vt singulariter distinguit. Aut contra confitentem est iuris presumptio: vt qn occidit hominem, qd est de genere phibitorū: vt cū dicit se fecisse ad sui defensionem: tunc p parte pōt acceptari talis cōfessio: ⁊ pro parte respui: alias si nō esset iuris presumptio contra cōfitētē, tūc distingue: aut est negatio ante posita: vt nego te mutuasse: ⁊ pbaret dico me soluisse: tunc talis ꝯfessio cōfitenti nō nocet: q2 aut in totum est acceptāda aut nō. Ista est gl.no.in.d.l.siquidem. ⁊ ibi Doc.C.de except. Si autem dicta negatio, nō precederet: ⁊ tūc aut est vnico cōstructu verborum facta: ⁊ nō potest scindi: quia scinderetur ipsa confessio: alias secus: facit.l.quinquaginta.ff.de pba. ⁊ quod no. Bar.in l.vtiqz.ff.de excep. ⁊ facit.l.j.C.de sica. cōiuncta.l. si non conuitij.C.de iniur. ⁊.d.§.idem quesijt. Et ad predicta vide Bal. ⁊ Io.de imo.in.l.decem.ff. de verborum obliga. ⁊ vide Bal.in.l.exceptionē. C.de proba. ⁊ Bald. ⁊ Sali. ⁊ Flo.in.l.neqz codicillum.C.de codic. ⁊ Sali.in.l.eum qui duas.C.de adul. ⁊ ego dixi in tractatu meo maleficiorum.in ver.comparent inquisiti. ⁊ partim negant ⁊ par
3 tim confitent, circa princ. ¶ † In gl. iurauerit[b] in
b fi.no.ꝙ paria sant iurare, vel per deferētem fuisse iuramentū remissum. Sed aduertas ꝙ anteq̄ iuramentum sit receptū, potest deferēs indistincte penitere ⁊ reuocare delationē iuramēti: vt.l.si qs iusiurā.C.eo. postq̄ vero iuramētū est acceptatū, nō est locus penitētie: sed si deferēs peniteret, habetur pro remisso: vt.l.non erit.§.fi.ff.eo. posset tamen ex causa, etiam postq̄ iuramentum est acceptatū antequam iuratuz sit, reuocare delationē: vt si tempore delationis iuramenti, non habebat probationes sed postea superuenerūt: vt.d.l.iusiurandū. ⁊ ibi vide Salic. ita dicit Bart.in.d.l.nō erit.§.fina. ¶ In gl. deberi ibi.§.marcellus. dic ꝙ iuramentum delatum ⁊ prestitū super certo contractu certificato, q̄uis in veritate nullus ꝯctus prius interuenisset, tamen habetur ac si contractus fuisset vere celebratus: ⁊ agitur non directa actione ex eo contractu, cum in veritate non interuenerit: sed agitur vtili actione ex illo contractu: ex quo directa nasceret. si vero cōtractus fuisset celebratus vt.d.§.marcellus. ⁊ tn̄ talis vtilis ex ꝯctu predicto, presumptio nō impedit quinetiaz dicto iuramēto nascat actio in factū: vt est casus ⁊ ibi Bar.i.d.l.duo.§.si qs iurauerit. ¶ Ex qbus no. ꝙ tale iuramentū, iurādo formiter ⁊ pmo fingit ꝯctum ex quo orit vtilis actio in factū, ac etiā facit ꝙ ex dicto iuramēto, oriat actio in factum: ⁊ si snīa sequat, oriet etiam ex snīa actio in fatū vt l.actori.C.eo. et sic isto casu iurans habebit tres actiones. facit tex.cū gl.in.l.nā ⁊ postea.§.fi.ff.de iureiur. ¶ In ea.gl.ibi.in.l.j.nam postea.§.fi. dic idē ibi no.gl. ⁊ Bar. ⁊ idem etiā no. Bar.in.d.§.si qs iurauerit. ⁊ vltra actionē in factū, datur vtilis rei vēdicatio: vt est tex.cū gl.i.l.sed ⁊ si possessori. §.fi.ff.eo. Aduertas tn̄ ꝙ lz regulariter vtilis rei vēdicatio, det cōtra quemlibet possessorem: vt in §.j. ⁊ qd ibi no. ⁊ in.§.sed iste.s.eo. tamen hoc casu dicta vtilis nata propter iuramentum, nō datur nisi cōtra deferentem iuramentum: vt.d.l.nam ⁊ postea.in fi. ⁊.d.l.sed ⁊ si possessori.in fi.cum.l.seq. ¶ Secūdo aduertas, q2 quod dixi dari vtilem rei

a ¶ Itē si qs. dñe iā vidi naturam duorū exēplorū, nūc si plz dicatis mihi naturā tertij exēpli: scz actiōis in factū q̄ dat ex iuramēto, scz qn̄ hz locū hec actio: et ipse rñdet. Frater si aliqs petierit, dicēs illa sibi deberi: ⁊ reus sacramētū sibi deferat, ⁊ actor delato sibi iuramēto iurauerit illd esse sibi debituz qd petit, ⁊ post iuramētū noluerit soluere ꝙ petitum est istoca su accommodat ptor sibi actio. p quā q̄rit an iurauerit vel nō ⁊ nō an sit dbitū: q2 iuramentū h p veritate ē acceptū. h.d. Not. ꝙ multiplr accipitur iuramētū in corpore iuris, vt satis habes notatū i gl. sz illud iuramētū vocat de veritate: sic ⁊ qdā subtilr loq volētes, dicūt i re. i. i veritate h solebat querere dñs. Ia. vtrum actio in factū q̄ descēdit ex iureiurādo, eēt ptoria vl ciuilis, ꝙ sit ptoria, apparet aptissime p literā istā. ꝙ aūt sit ciuilis, vr qd actio in factū q̄ dat ex sentētia, ē ciuilis fz oēs. actio aūt in factū ex iureiurādo, dat ad similitudinē iudicati. vt.C.d reb9 cre. ⁊ iureiur.l.actor. Ad hoc rñdet, ꝙ similitudinez hz cuz iudicijs: eo qd ista actio pcedit ex iuramēto: ⁊ iuramētū multas hz similitudines cū snīa, ⁊ multas dissimilitudies. Pla. ēt dicit ꝙ ista actio i factū, tūc demū datur ex sentētia quādo nō est snīa secuta: secuta em̄ snīa, dat actio i factū ex sententia q̄ est similis Doct. autem dicūt contrarium vt apparet i gl.

ADDITIO.

b ¶ Iurauerit. De iuramento an sit iuramētuz deferendū actori, si ipse pbauit intētionem suā plene, ⁊ reus eius exceptionē semiplene vide Panor.in.c.fi.de iureiuran. ⁊ decisi. tolo.ccccvj. ⁊ in addi. ibidem.

vendicationem, est verũ quando deferẽs erat do-
minus: sec⁹ si esset alter: ⁊ tamẽ virtute sacramen
ti tradat̃: nam causatur vsucapiendi conditio. et
per cõsequens publiciana: vt. l. j. cum sequen. con-
iuncta. l. eum q. in prin. ff. de pub. ita debet intelli-
gi gl. in dicta. l. sed ⁊ si possessori. in prin: que tan-
tummodo datur cõtra deferentem iuramentum
ante rei traditionẽ, vt res tradatur. Iste põt esse
casus in. d. l. eũ qui. in. §. si penitẽti. ⁊ quod ibi no-
tatur. sed postquã tradidisti, si cadam a possessio-
ne. tunc aut iuraui rẽ meã esse: ⁊ istud postea etiã
cõtra nouum possessorem probo: ⁊ habeo rei ven
dicationem. si vero hoc probare nõ possum quia
tantum habui titulum a te ex iuramẽto ⁊ posses-
sionem per tuam traditionem ⁊ bonam fidem iu-
ris presumptione. l. penul. cum gl. C. de euic. ago
cõtra quencũq;, publiciana. idem si iuraui quod
emi ab alio: ⁊ sic habeam ius vsucapiẽdi. Ista est
gl. notabilis in dicta. l. sed ⁊ si possessori. in princi-
pio nam si fiat traditio propter authoritatem rei
vendicate, datur publiciana contra quemlibet: vt
l. pomponius. §. si iussus. ⁊ quod ibi per gl. Bar. ⁊
doc. ff. de acquiren. poss. latius per eundem Bar.
in. l. ex hoc iure gentiũ. ff. de iustitia ⁊ iure. ⁊ late
per Cy. ⁊ Bal. ⁊ Sali. in. l. j. C. communia vtriusq;
iudic. Eodez modo, quando ex iuramẽto qd̃ ha-
bet vim eandem: vt. l. sed ⁊ si possessori. §. fin. cum
gl. ⁊. l. j. §. fina. ff. eodem. ⁊. l. post rem. ff. de re iudi.
⁊ ita debet intelligi residuum gl. hic. ¶ In eadez
ibi quo casu exceptio tantum datur. dic, concor-
dat dicta. l. sed ⁊ si possessori. Et dicas ꝙ est ratio:
quia quoties alicui possidenti aliquid relaxatur,
vel ex iuramento vt hic: vel ex transactione: vt. l. si
pro fundo. C. de transact. vel ex sententia, vt habe
tur in. §. finali. j. de offi. iudi. ⁊ in. l. pomponius. §.
si iussus. ff. de acquiren. possessio. nunquam pos-
sessori paratur aliquis titul⁹: vt dicta. l. si pro fun
do. nec aliquod dominium: vt notat gl. in. l. apud
acta. C. de transactio. nec paratur sibi actio, etiaz
publiciana: vt. l. eum qui. §. si petenti. ff. de pub. de
quo vide Bar. ⁊ doc. omnes in. d. l. si pro fundo. ⁊
in. d. l. siue apud acta. ⁊ no. Bar. in. l. eius rei. ff. de
rei vendi. ⁊ no. glo. Bald. ⁊ Sal. et doc. in. l. penul.
et ibi Floria. C. de vsucapio. pro empto. Barto. in
l. prima. ff. eodẽ ti. et Bar. in. l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de aquiren. possess. in ver. pro decla-
ratione hui⁹ lecture ⁊c. et Sal. in. d. l. sed ⁊ si pos-
sessori. in prin. quod ꝑpetuo tene menti: maxime
quãdo ex laudis, aliquid relaxatur possessori: qd̃
nullus titulus sibi paretur. ¶ Extra quero quid
in iudicis sentẽtia, an debeat adhiberi ista disti-
ctio sicut dixi in iuramẽto: videlicet si in sentẽtia
ꝯtineatur qualiter res non pertinet ad petitorẽ,
nunquid postea si possessor cadat a possessiõe, ha
beat aliquã actionem ad illam rem cõtra tertiuz
possessorem. Dicas ꝙ non: vt. s̃. dixi: q: iuramen
tum ⁊ sententia, equiparãtur: vt. d. l. sz ⁊ si posses-
sori. §. sed cum de hereditate. cum. gl. Et ideo sis
cautus, quando aliquis a te possessore petit rẽ: ꝙ
in fine tuarum exceptionum dicas, ꝙ res nõ per-
tinet ad petitorẽ sed ad te: ⁊ ita petas declarari:
⁊ isto casu si ꝓbaretur de iure rei, ⁊ sentẽtia dicto
modo ferretur. ⁊ caderet postea reus a possessiõe,
haberet ex dicta sententia actionẽ contra quem-
libet. Ita dicit Pau. de ca. in. d. l. nã ⁊ postea. §. fi.
¶ Quero quia lex sed ⁊ si possessori. loquit̃ quã-
do sentẽtia est lata pro eo, qui iurauit rem suam
esse. Quid econtra si lata est pro actore iurante: ⁊
reus rem tradidit: ⁊ postea actor cecidit a posses-
sione, nunquid virtute illius sententie põt petere
illã rem: Et videt̃ ꝙ nõ: per. d. l. sed ⁊ si possessori.
in prin. in ver. si ꝓo amiserit. Ratio: quia q̃ ꝑmũ
reus tradidit rem, et paruit sententie, statim fuit
liberatus: quia actor actionẽ habebat virtute iu-
ramẽti ⁊ sententie: vt res sibi traderetur vt. d. l. eũ
qui. §. si petenti. ergo satisfactũ fuit sibi, per tradi
tionẽ rei: ergo omnis actio sua fuit sublata: vt. s̃.
quibus modis tolli. obliga. in princ. Et sic videt̃
ꝙ virtute obligationis dicte sentẽtie, cõueniri nõ
possit: facit. l. in numerationibus. in fi. ⁊ ibi Bar.
ff. de solutio. ⁊ Bar. in. l. si heres. ff. de actio. emp. ⁊ Bart. ⁊ alij doc. in
l. fideiussor. §. j. ff. de leg. j. ⁊ no. Pe. de ancha. in simili in cle. j. de vita ⁊
honestate cleric. Sed cõtrariũ determinat Pau. de cast. in dicto. §. fi.
quia licet traditione rei, sit liberat⁹ ab actione in factum, ex sentẽtia:
nõ tamẽ est liberatus ab officio iudicis: quod competit actori post rẽ
traditã, vt ipsum conseruet in sua possessione: pro quo tu allega. ff. ne
vis fiat ei. in. l. j. in princ. ⁊ per totũ. ⁊ in. l. si quis missum. in princi. ff. de
damno infecto. ⁊ in. l. ait pretor. §. deinde. ff. de noui oper. nũ. vide cuz
dicta possessio nõ sit apud actorem, sed apud ipsum reuz: debet iudex
ex suo officio facere vt mihi actori restituatur ꝓpter dictam primam
sententiam. Non obstat. d. l. sed ⁊ si possessori. quia ibi loquitur quãdo
ille qui iurauit, nihil probauit de iure suo: ⁊ etiam nõ potest nisi ex ali
qua traditione: secus in casu nostro. argumento dicte. l. si pro fundo.
¶ In eadem gl. in fi. no. ẽm Dy. glossam pleniorem de corpore iuris.
Tu autem addas aliaz gl. in. d. l. sed ⁊ si possessori. in prin. ¶ Querũt
4 ibi doc. † ⁊ hic, quare in actione reali, detur actio in factum etiã si for-
miter iurauerit: secus in actione personali: potest respõderi ꝙ ex iu-
ramenti delatione ⁊ susceptione, oritur quidam quasi cõtractus: ⁊ sic
oritur quedam obligatio, tunc si in actione reali, nõ daretur actio in
factũ nõ oriretur aliqua obligatio: vt. s̃. eo. §. j. ⁊ ideo p̃tor introduxit
ex dicto iuramento, actionem in factum: ⁊ sic obligationem ꝑsonalẽ:
quam nõ fuit necesse introducere quando iurat̃ formiter in actione
personali: ideo quia competit actio ex cõtractu. Itẽ in actione reali,
ideo non admittitur illa distinctio: quia semper est vna causa: scz do-
minium: ideo semper est certa ⁊ formis: vt. l. ⁊ an eadem. §. actiões. ff.
de excep. rei iud. ¶ Addas ꝙ tale iuramentum delatum, non dicitur
esse credulitatis sed veritatis: q: debet assertiue iurare, se esse credito
rem in decem: vt est tex. gl. Bart. ⁊ doc. in. l. iusiurandũ ⁊ ad pecunias.
in prin. ff. eo. ⁊ etiã debet statim delato iuramẽto iurare: vel ꝙ eidem
remissum fuerit: quia habetur acsi iurasset: vt. d. l. nõ erit. §. fi. nõ autẽ
ex interuallo potest iurare: vt ibi nisi assumat in se iuramentũ: ⁊ acce-
ptet in se delationẽ, ⁊ petat delationẽ q̃uo debeat iurare isto casu de-
ferens etiam anteq̃ iuretur, non potest reuocare suam delationẽ: vt
est casus ⁊ ibi Bar. in. d. l. iusiurandũ ⁊ ad pecunias. Et ideo sis cau-
tus quando defertur iuramentum tibi, ꝙ nõ petas terminum ad de-
liberandũ vtrum velis iurare vel nõ: sed ilico acceptes delationem, ⁊
offeras te paratum iurare: sed q̃uo iurare debeas, petas dilationez vt
ibi. Et predicta procedunt, si iudex approbauerit delationez iuramẽ-
ti, ⁊ mãdauerit iurari: al̃s autem licitum esset ipsum recusare: argu. l.
5 generaliter. §. j. C. de rebus credi. ⁊ iure. ¶ † Quero an iuramentum
habeat executionem parataz, vt sentẽtia: Dic ꝙ sic: vt. l. post rẽ. ff. de
re iud. ⁊. l. nõ erit. §. dato. ⁊. s̃. dixi. Et ideo esset optima cautela in in-
strumentis, in fine apponi: videlicet verũ quia de ꝑdictis. etiã posset
dubitari in futurũ: ideo ex nunc dictus ꝓmissor, detulit dicto stipula
tori iuramentũ: ꝙ si iurauerit se debere recipere decẽ: ꝙ ipse ꝓmissor
stipulatori teneatur: ⁊ ipso stipulatore iurãte, ꝙ postea tale instrumẽ
tum etiam de iure cõi mãdaretur executioni: ⁊ deberes semper appo
nere in tuis instrumẽtis. Ita dicit Bart. quem sequuntur oẽs in. d. l.
ij. in fi. ff. e. Sz ego dubito, q: nõ interuenit authoritas iudicis appro
bantis dictam iuramenti delationẽ vt. d. l. si quis iusiurãdũ. C. eo. nisi
saluando Bar. adderes verbis suis, ꝙ notarius vt iudex chartulari⁹:
vt no. gl. ⁊ doc. in. l. rem nõ nouã. C. de iudi. approbet dictã delationez
iuramẽti, ⁊ eius acceptationem: quoniã preceptũ, approbatio ⁊ affir
matio dicti notarij rogati de dicto instrumẽto, mandato iudicis ordi
narij, operabitur perinde acsi dictũ instrumẽtum esset factum coram
iudice in iudicio. Ita no. Bar. in. l. possessio. §. si possessio. ff. de acqui.
poss. ⁊ no. Bart. in. l. nõ fatetur. in fi. ff. de cõfess. ⁊ in. l. error. C. de in. et
fac. igno. Quas autẽ vires, vltra predictas habeat iuramẽtũ delatũ:
vide glo. ⁊ Barto. in. l. qui iurasse. in fi. ff. eo. ¶ Et aduertas quod q̃n
iuramentum prestatur in dubio, donec aliud probetur tũc presumit̃
6 prestitũ prout delatuz fuit: vt. l. tutor. ⁊ ibi notatur. ff. eo. ¶ † In glo.
actionem. in fi. no. qd̃ ex iureiurando, oritur obligatio ⁊ actio: vt hic ⁊
etiã exceptio. vt. d. l. nã ⁊ postea. ⁊. §. j. ¶ Sed contra hoc oppono, q:
de iure ciuili ex iuramento nõ oritur actio: vt. l. si quis pro eo. in prin.
ff. de fideius. patet: quia fideiussor nõ accedit: ⁊ sic non oritur etiaz na
turalis obligatio. Sz r̃nde ẽm Bart. ibi faciendo tres casus. Quoddã
est iuramentum delatorium: ⁊ litis decisorium: ⁊ tunc parit actionez
vt hic. Quoddam est iuramentum introductorium: per quod vellem
vnam obligationem de nouo inducere, quã cõstat nunquam fuisse: et
tale iuramentum, nõ est modus inducende obligationis de nouo: vt
d. l. si quis pro eo. Quoddam est iuramentum cõfirmatorium, cõtra-
ctus inualidi: ⁊ tunc nõ ex iuramento, sed ex ꝯctu (quasi cum iuramẽ
to cohereat) orit̃ actio: vt in aut. sacramẽta. ⁊ quod ibi gl. C. si aduer.
vendi. ita dicit Bart. in. d. l. si quis pro eo. in princip. Ang. vero ⁊ do.
in. l. prima. C. eodez. addũt quod ex iuramento iudiciali, oritur actio:
vt hic: quando est volũtarie delatũ a parte parti, quia oritur ex quasi
contractu delationis ⁊ acceptationis iuramẽti: secus si sit necessariuz
in defectum probationis: vt no. glo. singularis in. §. preterea. j. eodez.
7 ¶ † In gl. nã illud q̃rit̃. ibi. l. admonẽdi. No. ẽm Bal. in. l. ij. C. eod. qd̃
a aliq̃n periurus, [a] ciuiliter punitur: vt. l. si qs deferente. ff. de dolo. aliq̃n
punitur

ADDITIO.

a ¶ Periur⁹. Dic periur⁹ punitur vt no. in. c. querelam. de iureiur. ⁊ ibi ꝑ Panor. et dicit̃ periur⁹, q scienter trãsgreditur iuramẽtũ: qd̃ cõtra iura ex certa scientia fecit. vt j. c. tua nobis. el. j. de iureiuran.

punitur pena infamie:vt.l.si quis maior.C.de transac.aliquãdo punitur pena remotiõis a dignitate,⁊ testimonio:vt.l.quoties.C.de dignitatibꝰ.lib.xij.aliquando pena exilij:vt.l.de piurio.ff.de crimi.stel. aliquando pena ictus fustiũ:vt.l.si duo patroni.§.fi.ff.eo.aliquando pena capitis,vt in auth.vt nõ luxuri.contra naturã.§.j.⁊.ij.aliquando pena motu principis,rõne contempte religionis:vt.l.j.de sum.trini. licet ibi proprie non sit periurus,aliquãdo pena de sicarijs:vt.l.j.§.j. ff.de sicarijs.aliquando pena falsi:vt.l.j.§.j.⁊ ibi gl.⁊ Bar.ff.de falsis. Tu autẽ p̃modũ doctrine:an ⁊ qñ periurꝰ in foro seculari,debeat puniri:distingue ſm Sali.in.d.l.ij.aut iurauit p sacramenta prohibita. vt per viscera ⁊ capillos Dei:aut p sacramẽta permissa.Primo casu aut habet ex cõsuetudine:⁊ tũc siue verum siue falsum iurauerit,vltimo supplicio punitur:q̃ in cõtemptum nostre fidei,iurasse credit̃ vt dicta auth.vt non luxurient̃ contra natu.§.j.⁊.ij.Si autem non habet ex cõsuetudine,tũc non sic atrociter debent puniri.Et aduertas ſm Cy.⁊ vltramõ.in.d.l.ij.q̃ binus aut trinus actus,cõsuetudinẽ nõ inducit:qd̃ placet ibi Sal.q̃ ex lubrico ligue hoc cõsistit,⁊ ideo est ponẽdus ad catenam vel aliter arbitrio iudicis puniẽdus.Aut iurat per sacramenta licita:⁊ tunc aut iurat verũ,⁊ non punit̃:aut falsum ⁊ sic deierat.⁊ tũc aut querit̃ in teste,aut in principali persona.Primo casu:aut in causa publici,⁊ capitalis iudicij:⁊ tũc similitudine supplicij castigabitur vt.l.j.§.j.⁊ ibi Bar.ff.de sicar.Aut in alia causa,ciuili vel criminali.Et tunc pena falsi tenet̃:vt.l.j.§.j.⁊ ibi gl.⁊ Bar.ff.de fal.et l.lucius.⁊ ibi Bal.ff.de infa.Secũdo casu,qñ queritur de persona principali,ad quã negotium spectat:⁊ tunc aut quodam calore iracundie, iurat in iudicio falsum:⁊ solum Deum habet vltorem:vt.l.qd̃ calore ff.de re.iur.⁊ in.l.j.si quis impera.maledixe.Ita põt intelligi glo.hic aut ex deliberatione iurauit:⁊ tũc aut queritur de pena tractationis iuramẽti:⁊ dic vt.l.j.C.eo.aut de alia pena.⁊ tũc aut iurauit per Deũ parte deferente,⁊ solũ deum habet vltorẽ:vt.d.l.ij.aut per principẽ.⁊ punitur ſm dictam.l.si duo patroni.§.fi.aut fuit aliud iuramẽtum q̃ litis decisiuũ:⁊ sic extra iudicium,⁊ tũc aut periurat ex cã legibus inserta:⁊ tunc non punitur:vt.l.non dubiũ.in fi.C.de legibꝰ.⁊.l.fi.ff.qui satisd.cog.aut nõ ex tali cã:⁊ tunc aut iurat tale quid qd̃ non interest alterius:vt non comedere carnes,⁊ tũc Deũ habet vltorem vt.d.l.ij. coniũcta glo.⁊.d.l.lucius coniũcta glo.aut iurat tale quid,qd̃ alterius interest:⁊ tũc aut iurat de preterito vel depresenti in alterĩꝰ deceptionem:⁊ tũc punitur crimine stellionatꝰ vt.d.l.de periurio.aut iurat de futuro:⁊ tũc aut super debito efficaci,⁊ punit̃ ſm formam.l.si q̃s maior.C.de transact.Aut efficax debitum nõ erat:⁊ tunc vt dicit Cyn.⁊ Pe.non punit̃:vt.l.iurisgen.§.generaliter.⁊ ibi glo.⁊ Bart.ff.de pactis.ita dicit in effectu Sali.in.d.l.ij.Unũ addas,q̃ ibi supra dixi quẽ puniri de periurio.dic etiam ibi semper notari infamia:vt.d.lucius. ⁊ ibi Bald.⁊.d.l.si quis maior.⁊ ibi doct.⁊ si repellit̃ a testimonio,⁊ a qualibet dignitate:vt.d l.quoties.Ita dicũt notanter doct.in.d.l.ij. ¶ Addas etiam ſm Ang.in.d.l.ij.q̃ ista nõ vendicant sibi locũ,nisi in iuramento delato a parte:secus si per iudicem:q̃ tũc ipsum haberet vltorem:vt.d.l.si duo patroni.§.fi.ac etiam predicta nõ vendicant sibi locũ,in casibus in quibus iuramentũ iudiciale vel necessariũ tractatur.de q̃bꝰ casibus habet̃ in.l j.C.eod.tũc sicut de periurio etiam iudiciali,potest q̃ri ciuiliter ⁊ criminaliter ⁊ retractari:vt.d.l.j.ita etiã ⁊ criminaliter ad pene impositionem.facit.l.fi.ff.de priua.deli.⁊.d.l. de periurio.cõiũcta.l.fi.ff.de in liten.iuran. ¶ In eadem glo.ibi.l.ma-

8 nifeste.tu dic ſm Bar.ibi qd̃ † nõ est differentia inter ius antiquũ et nouũ in hoc:lz hodie sit magis declaratũ q̃ olim:nam delationem iuramenti factam a parte,potest aduersariꝰ licite recusare:sed si iudex delationem comprobauerit,⁊ preceperit parti cui delatũ est,q̃ iuret: si recusat sine cã,poterit eũ tanq̃ confessum condemnare vt.d.l.generaliter.§.j.nam ibi de iure antiquo nihil corrigit̃,sed declarat̃.Et que sint ille cause recusationis,delationis iuramẽti:no.Bar.in.d.l.manifeste.inter quas notat potissime,qñ emptor conuenitur ⁊ eidẽ defert̃ iuramentũ:q̃ potest recusare ne perdat actionem de euictione cõtra actorem suũ:qd̃ perpetuo tene menti:q̃ isto casu vidi in practica.Et casus q̃bꝰ q̃s non astringit̃ ad obseruantiam iuramenti:vide not.per Bal.in.l.fi.C.de non nu.pe.⁊ ibi Sal. ¶ In ea.gl.ibi.q in rõnibꝰ.dic, similis gl.huic est in.l.j.C.eo.⁊ ibi doctores in hoc tamen caue,q̃ licet falsum iuret:tamen pro veritate accipitur,nec vltra querit̃:vt hic nisi in dictis casibꝰ:vt.d.l.j.⁊.ij.C.eo.dic tamen vt supra dixi. ¶ In eadẽ gl.in fin.dic hanc vltimam omnes doctores approbant hic.⁊ in.d.l.j.

9 Forma † autẽ libelli in actione in factum,que orit̃ ex iuramẽto informiter prestito,est talis:videlicet dico contra titium q̃ cum litigarem coram tali iudice cum eo,⁊ ab eo peterem decem que dicebã mihi deberi:⁊ dictus titius mihi detulerit iuramentũ vt iurarem si dicta decem erãt mihi debita necne,indice dictã delationẽ iuramenti approbante ac mandante mihi q̃ iurare deberẽ,⁊ qualiter ego statim suscepi dictam delationẽ iuramẽti:⁊ iuraui per Deum immortalem dicta decẽ mihi per dictum titiũ deberi:quare cum dictus titius dicta decẽ mihi prestare deneget,peto ipsum per vos condemnari mihi ad dicta decem danda ⁊ soluenda ⁊c. ¶ Si vero fuerit fortiter iuratum,sic forma libellũ.Dico q̃ cum litigarem cũ Titio coram tali iudice,⁊ ab eo peterem decẽ,que dicebã me sibi mutuasse:mihi detulit iuramentũ in iudicio ⁊ corã dicto iudice, approbãte dictã delationem ac mandante mihi vt iurare deberẽ:⁊ statim suscepi delationẽ ⁊ iuraui predicta decem mihi deberi per titium ex dicta causa mutui:quare peto per vos eum mihi cõdemnari ad dandum ⁊ soluẽdum dicta decez ⁊c.

10 ¶ † Et predicta ĩ actione personali.In reali vero libellus sic formabitur:dico cõtra titiũ: quod cum ipse possideret rem meam,quaz ego petij rei vendica.tãq̃ dominꝰ,in iudicio detulit mihi iuramentum coram iudice approbante ac mãdãte mihi,vt iurare deberẽ,statim suscepi delationem iuramenti:⁊ ſm q̃ detulit,iuraui rẽ meã esse vel ad me spectare iure dominij:quaz rem de presenti dictꝰ titiꝰ possidet:quare peto mihi quasi domino,rem predictam restitui per dictum titiũ et ipsum ad predicta cõdemnari.Nõ enim dicas in dicto libello quod restituat̃ tibi domino:q̃ pretor non dat directum dominium:sed vtile:vt.s̃. de bonorũ poss.§.quos autẽ.⁊ in.§.sed iste.s̃.eod. Si vero velis intentare publicianaz,sic dicas:dico contra titiũ,quod possidet talez rem quã ego petij a Seio in iudicio quasi meã:⁊ ipso instante ⁊ deferẽte q̃ iurarem per Deum dictã rem meaz esse,iudice approbãte talẽ delationem:ac mãdãte me debere iurare statim suscepi dictaz delationem:⁊ iuraui ſm quod mihi detulit meã esse ⁊ ob hoc fuit mihi tradita possessio dicte rei quã titiꝰ nũc detinet quare peto mihi dictã rẽ restitui.⁊c.

SVMMARIVM.

a Pænales quoque.[a] ¶ Qui edictũ in albo pretoris positũ,corruperit:vel q vocat p̃rem vel p̃ronũ in ius sine venia:⁊ eximẽs dolo aliquẽ vocatũ in ius vel eximi faciẽs,tenet̃ actione pretoria.h.d.Et.j. ponit dictum vnum gñale.Scd̃o ponit tria articularia.secũda ibi:veluti. ¶ No.q̃ sicut ius ciuile

a ¶ Penales quoq̃.Multe diuisiones consueuerunt notari in hoc.§. adhuc tamen nõ habuimus principaliter,nisi duas.Quarũ prima est q̃ omnis actio aut est in rem,aut in personã:scd̃a q̃ omnes actiones aut sunt ciuiles,aut pretorie:sub materia autẽ pretoriarũ,multe sũt diuisiones:quia Pretoriarũ alie sunt in rem alie in personam.Itez actionũ pretoriarum personaliũ,alie sunt penales alie nõ penales.de pretorijs autez actionibus nõ penalibus personalibus,dictũ est.s̃. in pxi.§.de pretorijs autẽ personalibus videndũ est in p̃senti litera.Non solũ eniz dicit Iust. introduxit p̃tor actiones personales nõ penales,imo ⁊ multas p̃torias psonales penales.⁊ d̃ hoc ponit tria exempla : primũ est q̃ p̃tor introduxit tria : actionẽ p̃toriaz personalem penalẽ,in eum qui album ipsiꝰ corrupit.Scd̃m est q̃ pretor introducit actionem pretoriam psonalez penalẽ,in eũ qui patronuz parentẽve ĩ ius vocauerit:anteq̃ hoc a iudice ĩpetrasset.Tertium est q̃ pretor introducit actionem pretoriam personalem penalem,in eum qui in ius vocatum vi exemit:vel aduersus eum cuiꝰ dolo fuerit exemptus:et hoc dicit . que autem sint differentie inter actiones pretorias personales penales, satis patet:iste enim.§.lõge melius est notus quam sequens. §.ſm opi.domini Guil.cur tamen hoc dixerit nescio,quia deficiebat gl.signata super illo verbo fere:et ipse nihil aliud dixit,q̃ dicit illa glos.sed quia gl. non habuit ita dicit,et hoc dicit vsq̃ ad.§.p̃iudiciales autem ⁊c.

posuit actiones ciuiles penales:ita etiã pretor,imitans dictũ ius:vt
hic.¶ Not.ꝙ nemini licet corrũpere edictũ in albo positũ:ꝛ sic facit
si qs remouerit,vl'deturpauerit,vel lacerauerit schedulas,appositas
ꝛ affixas valuis palatij vel ecclesiarũ vel alio loco publico,ꝙ dz puni
ri vt hic:de quo infra latius dicam.Et idem si corruperit libros,vel
aliquam scripturã repositam in camera actorũ cõis Bonoñ.vel si qs
deleuerit imagines aliquorum,qui sunt depicti ob ꝑpetuã infamiaz,
vt sunt proditores vel similes:vt notant doctores in.l.si qs id quod.
ff.de iurisdi.om.iud.¶ No.ꝙ creditur scripturis que sunt scripte vel
sculpte in parietibus,vel in lapidibꝰ:de quo tamen vide glo.in.l.qui-
dam testamento.ff.de condi.ꝛ demon.ꝛ per Bar.in.l.j.in ꝑn.ff.de sec.
tab.ꝛ vide tex.glo.Bar.ꝛ Bal.in.l.monumentorum.C.de religio.de
ris in.l.j.in gl.magna.circa fi.ff.de do.qd̃ no.ꝑpetuo. ¶ Quo ad tertiã
q̃õnẽ veritas est ꝙ agẽs cõdictione sine cã exceptiõis nõ solute gabel-
le repellit̃:nec de eadẽ ꝯ excipiẽtẽ põt replicari:qꝛ venditor tractat de
lucro captãdo:cũ etiã habeat p̃ciũ emptor de dãno euitãdo:vñ potior
erit ꝯditio rei exceptiõe tractãtis de dãno euitãdo,vt.d.l.apud.§.mar
cellus.Secundo qꝛ si venditor replicaret ⁊ diceret:⁊ etiam tu emptor
conuentus non soluisti gabellã:idem deduceret in replicatione,qd̃ in
medio ꝯcludẽdi in suo libello deduxerat:sed replicatio actoris se fun
dans sup quo fundata est petitio,nunq̃ excludit exceptionẽ rei:vt est
casus in.d.l.ij.⁊.iij.de condi.ob tur.cau.Et pro hoc adducas tu simile:
sicut dicimus qñ testis in reddẽda ratione sui dicti,idẽ dicit in ratiõe
quod prius dixerat in ipso dicto,nõ valet:nec concludit sua testifica-
25 tio:vt est gl.not.in.l.j.ff.eo.⁊.l.fi.in prin.ff.de offi.ꝓcu.cesa. ¶ †Vidi
mus supra ꝙ si maritus obijciat mulieri de adulterio,ꝙ ipsa põt re-
plicare de lenocinio:vt.d.l.cum mulier.Queritur ergo an maritus ex-
cipiens,dicatur cõfiteri intentionẽ agentis:Scd̃o principaliter erit
videndũ:an ex delicto incidẽter ꝓbato vl' cõfessato:cũ de alio princi-
paliter ageret̃,posset sequi sñia cõdẽnatoria diffinitiua: ¶ Et circa
primum dic ꝙ hanc questionem posuit glo.in aut.de exhiben.reis.in
§.sancim᷒.in ver.lite cõtest.⁊ gl.Dy.Bar.Ang.⁊ Raph.in.l.nõ vtiq;
ff.eo.⁊ gl.⁊ oẽs doc.in.l.si quidẽ.C.eo.⁊ gl.⁊ Dy.in.c.exceptionẽ obij-
ciẽs.de reg.iur.in.vj.⁊ tex.⁊ gl.in ver.cõfess's.⁊ ibi doct.in.c.cũ venera
bilis.de excep.⁊ in.c.serpens.de pe.dist.j.⁊ in.c.j.de test.in.vj.⁊ gl.in.l.
si fili᷒.C.de liber.cau.⁊ Spe.in tit.de except.§.viso post principium.⁊
gl.Bar.Bal.⁊ Sali.in.l.magnũ.C.qui accu.nõ pos.Et Bal.in.l.aliaꝫ.
de his qui.vt indig.⁊ Bal.⁊ Sali.in.l.j.C.de cõfes.⁊ Ludo.in.d.l.cum
mulier.in ver.in text.ibi:non accusare:in quo concludas,ꝙ interdum
exceptio opposita,est exceptio intentionis ⁊ facti:⁊ tunc ex ea nõ in-
ducitur confessio intentionis actoris:qꝛ illa est precise negatiua intẽ-
tionis agẽtis.vt no.gl.in.l.ij.circa p̃n.ff.eo.⁊ in.l.q se debere.ff.de ꝯdi.
ob tur.cau.ergo nõ põt dici,qd̃ inducat cõfessionẽ:ne in eodẽ subiecto
exceptiõis,duo ꝯ̃ria insint.ff.p suo.l.si ancillã.Et eadẽ rõne dici põt
idẽ,in quacũq; exceptione negatiua intẽtionis agẽtis:vt.si exceptio
nõ nume.pecunie ⁊ similes.de qua dicã.j.eo.§.pxi.Interdũ vero exce
ptio ita se hꝫ,qd̃ nõ negat specifice intentionẽ agẽtis:sed ponit intẽ-
tionẽ excipiẽtis:vt est exceptio pacti de nõ petendo,⁊ vt est exceptio
interruptiõis p̃scriptionis ⁊ similes.Et tũc sit regula,ꝙ exceptioneꝫ
obijciẽs,intẽtionẽ agẽtis nõ vr̃ cõfiteri:vt in regula exceptionem.de
reg.iur.in.vj.⁊.d.l.nõ vtiq;.q̃ maxime ꝓcedit his casibus.Primo,vcꝫ
quãdo per prius,negatur intẽtio agentis:vel quãdo dicit se non con-
fiteri:quia cum actor ageret,dicens me debere decẽ:⁊ ego nego:vel di
co ego non cõfiteor:⁊ si debeã,oppono exceptionem pacti de non pe-
tendo.⁊ hoc est qd̃ no.glo.in.l.non vtiq;.⁊ in.d.l.exceptionẽ.⁊ in.d.l.si
filium.⁊ in.d.l.si quidem.Secundo,quando excipiens opponeret con
ditionaliter:puta qꝛ actore dicẽte sibi decẽ deberi:re᷒ dicat si debeo,
oppono exceptionem pacti de non petẽdo.tũc enim nec fateri intelli
gitur vt.d.c.cum venerabilis.⁊ ibi glo.in ver.confessus.Ratio est,qꝛ
conditionalis locutio,precisam dispositionẽ non inducit.l.si quis sub
conditione.ff.si quis omis.cau.test.attẽto quod reus potest vti pluri-
bus exceptionibus,etiam contrarijs.l.nemo de regulis iuris.Tertio
procedit ista regula,maxime quãdo actor negaret exceptionẽ rei quo
ad ius ⁊ factũ:quia tũc nõ posset se fundare,ex negata exceptione.vt
in regula ex eo.de reg.iur.in.vj.⁊ hoc est quod no.Bar.in.l.non vtiq;.
ff.eo.ad quod facit quod not.Spe.de positione negata:vt se fundare
ex ea non possit.in titu.de posi.§.viij.in prin.⁊ Archi.in.c.j.de confes.
in.vj.Et Bar.in.l.post legatum.in prin.ff.de his qui.vt indi.⁊ Bald.
in.d.l.aliam.⁊ quod not.Barto.Ange.⁊ Imo.in.d.l.decem.ff.de ver.
obliga.⁊ quod not.Flori.in.l.cum de indebito.ff.de prob.⁊ quod not.
Bar.in.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.pos.in ver.ter-
tia lec.⁊ facit qd̃ not.Anto.de but.in simili in.c.gratum.in fi.de offi.
dele.Et quod ista regula sit vera,probat Lud.quoniam reus nõ vide-
tur fateri,quod non sentit:sicut nec actor,intelligitur deducere qd̃ nõ
sentit.l.si ex testamento.cum si.ff.de excep.rei iud.⁊ hoc vt partes sint
persone in iudicio vcꝫ actoris ⁊ rei:sꝫ re᷒ nunq̃ in dubio videtur senti
re,velle cõfiteri intentionẽ actoris:cũ natura eorum sit fugere.l.ꝓpe-
randũ.C.de indi.Secũdo quia reus est priuilegiatus,vt possit oppo-
nere plures

nere plures exceptiones etiam adinuicem cõtrarias.vt.d.l.nemo.de
quo dicã.j.§.proxi.ergo in dubio presumendum est,quod velit facere
⁊ deducere ius suuz in iudicio omni meliori modo quo sibi vtili⁹ est.l.
solemus.ff.de iu.⁊ sic psumendũ est in dubio,qđ reus velit pmittere
negationẽ intẽtionis actoris:⁊ casu quo actor probet,tũc in subsidiũ
opponeret exceptionẽ dicte.l.exceptionẽ.C.de proba.¶ Fallit autez
hec regula.Primo quãdo opponeref intẽtio actoris,separata a sua
exceptiõe:⁊ postea obijciaf exceptio:q: tũc vř intẽtionẽ agẽtis cõfite
ri.facit qđ no.glo.in.d.l.nõ vtiq3.⁊ in dicta reg.exceptionẽ obijciens.
vbi oĩno vide bonã gl.vtputa si dicat:verũ est qđ debeo tibi decẽ:vel
verũ est qđ tu numerasti mihi decẽ:sz dico ꝙ fecisti mihi pactum de nõ
petendo.¶ Secũdo fallit,qñ factũ qđ ponit agẽs,est inclusum in ex-
ceptione:⁊ actor fundat se in facto,prout est in facto nõ aũt prout est
in iuris effectu.Et tu ad intelligẽtiã horũ verborũ:vide Barto.in.d.l.
nõ vtiq3.tũc eñ excipiẽs,videf fateri.Iste est casus in.l.qm̃.ff.de in-
fa.nõ obstat tex.in.l.si qdẽ.C.eo.vbi cõsulit reo,ne opponat exceptio
nẽ ante fundatã agẽtis intẽtionẽ:qm̃ illud nõ đr ex eo,ne quasi ante
opponẽdo videaf fateri sed ne grauef supfluo:q: actore nõ probãte,
26 dz reus absolui.l.q accusare.C.de edẽ.¶ † Aduertas tñ,qđ lz re⁹ ex
cipiendo,nõ videaf cõfiteri:⁊ sic licet exceptio nõ possit trahi ad fun-
damẽtum intentionis agentis:tñ poterit trahi ex probatione ipsius
exceptionis:que proba tio cõis est,vtriq3 parti.ꝙnis eñ.pbatiões ab
vna parte pducantur:sunt tñ cões:vt auf.sed iudex.C.de epis.⁊ cleri.
cum ibi notatis.Iste est casus in.c.cũ venerabilis.de except.vbi pa-
tet,ꝙ nisi fuisset falsum illđ instrumẽtũ pductũ per reũ ad probãdum
suam exceptionẽ,actor posset se ex illo fundare.¶ Pro pleniori ꝟo
intelligẽtia huius articuli,pone qđ titi⁹ petat a me cẽtũ mutuata:et
ego excipio,⁊ dico me ea sibi soluisse:an videar cõfiteri intẽtionẽ agẽ
tis:ita qđ mihi incũbat onus pbãdi qđ soluerim.Et pmo arguif qđ
nõ:per dictã.l.nõ vtiq3.⁊ p dictũ.c.cũ venerabilis.in ver.intelleximꝰ.⁊
c.exceptionẽ obijciẽs.Secũdo nõ potest dici,ꝙ exceptio que fuit op-
posita ad elidendum intentionem actoris,operef pbationẽ eius:⁊
sic contrarium effectum.l.legata inutiliter.de lega.j.Et ista est cõmu-
nis sententia Cano.in dicto.c.cum venerabilis,⁊ etiam legistarum ⁊
Iaco.de are.Petri Cy.Bal.Rico.de mat.⁊ Sali.in.d.l.exceptionẽ.
C.de prob.⁊ predictorũ Pet.⁊ Cy.in.d.l.si quidem.⁊ maxime quan-
do talis exceptio,nõ fuit acceptata per ipsum actorez.ita dicit Bar.
in dicta.l.non vtiq3.in contrariũ tamen potest adduci.l.quinquagin-
ta.C.de proba.ibi:ille respõdeat solutã esse pecuniam.ipse hoc pro-
bare cogendus est ⁊c.quoniã si confitetur se soluisse,implicite ⁊ tacite
cõfitef se prius recepisse:qđ postea soluẽdo restituit implicita eñ cõ-
fessio equiparatur explicite.l.si post diuisionẽ.⁊.l.si post testamẽtum
C.de iuris ⁊ facti ignoran.Et pro hoc videtur glo.in.d.l.si quidem.C.
eodem.que vult quod reus nisi premittat negatiuaz,quod excipiẽdo
videtur cõfiteri intentionez actoris.Tertio hoc tex.expresse firmat:
⁊ glos.in auf.de exhiben.reis.§.susceptor.Quarto pro hoc videf text.
in.d.l.quoniam.de infamia.Quinto pro hoc facit:qui a si dicit se sol-
uisse,videtur confiteri debitum precessisse.l.cum de indebito.in prin.
ff.de proba.Sexto hoc videtur firmasse gloss.in dicta regula exceptio
nem obijciens.sed dominus Raph.in.d.l.non vtiq3.videtur has opi-
niones ad concordiã reducere.Aut enim exceptio que opponitur ab
ipso reo,necessario inducit confessionem intentionis actoris:quia di
cit reus cũ cõuenitur ex pmissione p eum facta,quod illa fuit facta p
dolum:necessario enim confitetur pdictam pmissionem:quia quali-
tas,nõ põt esse sine subiectio.l.eius.ff.si cer.pet.Aduertas tamẽ illo
casu,ꝙ actor nõ posset scindere hanc cõfessionem.cum sit vnico cõstru
ctu plata:vt no.Cy.in.l.j.in.xiij.q.C.de cõfes.⁊ ibi Bald.Salic.Cyn.
Bal.⁊ Bart.in.d.l.si quidem.Bart.in.l.aurelius.§.idem quesijt.ff.de
libe.lega.⁊ ita potest intelligi qđ no.Bal.in.d.l.aliã.Quãdoq3 nõ est
necessario,sed psumptiue pbat.⁊ inducit intentionem actoris:vt qñ
reus dicit se soluisse ⁊ prescripsisse seu interrupisse pscriptionem ⁊ si
bi fuisse factum pactum de non petendo vel simile,licet non esset de-
bitũ tali casu nunꝗ excipiẽdo videtur fateri.ista est ppria intentio iu
risconsulti in.d.l.vtiq3.⁊ pbatur aperte in.d.l.si quidez.in.iij.⁊ vltimo
rũ.videlicet quando simpliciter excipit,tũc non videtur fateri:q: ad
alium effectũ inducta ⁊c.et.d.l.legata inutiliter.Quotidie enim ra-
tione dubij,fiunt pacta ⁊ transactiones.l.pses.cum ibi not.C.de trãs-
act.Tu dic ꝙ hoc declarat plene gloss.in dicta regula exceptionẽ obij
ciens.Nec obstat dicta.l.quinquaginta.quia respondeas quod neces
sario debet intelligi,quando solutio nõ negatur per partẽ:sed addu
cebaf aliđ qđ reddebat solutionẽ inefficacẽ.facit qđ no.Bar.in.d.l.nõ
vtiq3.merito tunc opponenti,incumbit onus probandi.Et quod ex
cipiendo quis non videatur fateri,expresse ⁊ simpliciter firmat Bar.
in.l.j.C.de pb.allegat dictã.l.cum de indebito.in prin.nec obstat.d.l.
quoniã.quia ibi non loquif in excipiente,sed in paciscẽte vel trãsigẽ-
te.vt infra dicam.Et pdicta faciunt ad illam vulgatam questionem:
qđ dicẽs se interfecisse titium,ad sui defensionem:⁊ sic vno cõtractu
an talis confessio possit per iudicem scindi.In quo cõ lude quod si
est cõfessio duplex.vtputa dico me interfecisse titium.tamen ad mei
defensionẽ.Tũc oẽs doctores fatentur,quod potest acceptari p iu-
dicem p ea parte qua cõfitetur se interfecisse titiũ:⁊ illã aliã partẽ ad
suã defensionẽ reijcere.Ita voluit Cy.⁊ oẽs doctores in.d.l.j.C.de cõ
fes.⁊ Cy.Bart.doct.in.d.l.si qdẽ.⁊ Bal.in.l.nec codicillũ.C.de codi.et
Salic.late in.l.cũ qui duas.C.de adul.⁊ Bal.⁊ doc.in.l.excep.C.de p
ba.⁊ Bar.eleganter in.d.l.aurelius.§.idẽ quesijt.Aut cõfessio est vna
⁊ simul facta.vt dico me interfecisse titiũ ad mei defensionẽ.⁊ tũc licet
multi multa loquunf:semp mihi placuit opinio Bar.in.d.§.idẽ que-
sijt.siue loquamur in mere criminali,siue in ciuili.vbi Barto.dixit.
Aut contra cõfitentem:est iuris presumptio:q: est de genere prohibi
torum.vt.l.j.C.de sica.cũ si.tunc ꝗuis dicat,dico me interfecisse titiũ
ad mei defensionẽ.potest dicta cõfessio per iudicem acceptari inquan
tum cõfitetur se interfecisse.aliam vero partẽ qua dicit se illud fecisse
ad sui defensionem,potest refutari ⁊ transferri in confitentem onus
probandi.ita dixit Barto.in dicto.§.idem quesijt.quod nunꝗ exeat
mentem tuam.de quo etiam dixi in tractatu meo maleficiorũ.in gl.
super verbo comparent.inquisiti et partim confitentur et partim ne
gant.dic vt ibi.Et istam opinionẽ Bart.est secutus contra Baldum
Io.de imol.in dicta.l.decem.de verborum obligatio.Et per predicta
potest etiam decidi.si peto a te centum,⁊ opponas tu exceptionẽ libe
rationis.nam licet prima facie videatur cõfiteri debitum,quia libera
tio necessario presupponit debitũ precessisse,vt.d.l.decem.cum ibi no
tatis per Barto.Angel.⁊ moder.tamen in contrarium est veritas.vt
patebit per predicta.ad quod facit quod habetur in.c.venerabilez.de
elect.⁊ in.c.pia.de excep.in.vj.in illa questione:an dicens se absolutuz
ab excõmunicatione,videatur confiteri se fuisse excommunicatũ:de
quo vide Barto.⁊ Ang.⁊ dominos meos in dicta.l.decem.Et etiam
per predicta apparet quod Bart non bene dixit,in.d.l.non vtiq3.vo
lens excipientez intelligi confiteri,vbi agẽs exceptione,aduersarius
approbat quo ad factũ.sed negat quo ad ius.Exemplum si exceptio-
nem pacti de non petendo agens,dicit veram esse,quo ad factũ,q: ve
rum est qđ pactum fuit.sed dicit fore falsum quo ad ius.quia illud pa-
ctum fuit de iure inualidũ,alio respectu.⁊ allegat Bart.in.l quoniaz.
C.de infa.nam illa.l.hoc non probat.quia ibi loquitur in trãsactione
super crimine.dicẽs ꝗ trãsigẽdo,vř fateri crimen.Et rõ est:q: vř trãse
gisse future pbationis metu.⁊ sic nõ loquif in excipiẽte.q: excipiẽdo,
intẽdit excludere aduersariũ ab intẽtiõe sua.ergo nõ dz intelligi cõfi-
teri.vt.s.dixi.Vñ est,qđ ille q soluit animo declinãdi iudiciũ,nõ vř fa
teri nec litem contestari.vt.l.si reus paratus.ff.de procu.⁊ qđ ibi Bar.
⁊ Bal.in.l.infantem.ff.de publ.iud.¶ Illud tñ no.qđ sup puro facto
exceptionis,potest actor se fundare:q: respectu ei⁹ qđ ponit explicite
in illa exceptiõe,nõ hz re⁹ aliquã exceptionẽ.ita pbaf fm Lud.p tex.
in.c.ex parte decani.de rescr.¶ Vltimo aduertas,ꝙ sicut excipiẽs nõ
vř cõfiteri intẽtionẽ actoris:vt dixi.ita nec replicãs,videf cõfiteri intẽ
tionẽ excipiẽtis.ita dixit gl.ordi.in dicta regula exceptionẽ obijciẽs.
qđ no.Nec obstat pdictis.l.si.C.de solu.⁊.l.j.C.de pba.vbi vř casus,ꝙ
siue actor vř re⁹ alleget solutionẽ,dz illã pbare:q: possum⁹ rñdere in-
telligendo vt ibi gl.voluit in creditore:⁊ sic actori q dicat se soluisse,qñ
opponit exceptio nõ numerate pecunie:vel si intelligas in reo:nõ in-
telligas ꝙ re⁹ allegaret solutionẽ,p modũ exceptiõis:sed p viã pnci-
palis petitionis dicebat se soluisse,id ad qđ erat obligatus:pter qđ
petebat absolutoriã,⁊ instrm finis ⁊ liberationis:iuxta ea ꝗ habenf p
Bar.in.l.si finita.§.elegãter.de damno infe.vel condicebat liberatio-
nem:vt.d.l.elegãter.Vel tertio dicas,ꝙ dicta iura debẽt intelligi fm
casum.l.cũ de indebito.ff.de proba.Vel quarto dicas,qđ ibi loquitur
qñ actor confitef ⁊ acceptat exceptionẽ solutionis:q: veruz est ꝙ sol-
uisti:sed nõ legitime,fm doctrinã Bar.in.d.l.nõ vtiq3.tũc reus pbat
necessario solutionẽ,iuridice factã.⁊ ita loquunf dicta iure,ne sint cõ-
tra alias regulas iuris cõis.vt.s.dixi.¶ Videam⁹ nunc an crimẽ de-
ductum per viam exceptionis vel incidenter,sit punibile vel non:Et
istam.q.ponit glo.in.l.ij.§.si publico.⁊ ibi Bart.ff.de adult.⁊ Ant.de
but.in.c.j.ad fi.⁊ ibi Cano.extra eo.⁊ Cy.Bald.⁊ Sali.in.l.nisi.C.de
fal.⁊ Sali.late in.l.quoniã alexandrũ.C.de adul.⁊ Bal.in.d.l.cum mu
lier.solu.matri.⁊ ibi per Ludo.in ver.quo autem ad secundum.s.an de
crimine ⁊c.verũ quia Ludo.loquif per cõclusiones,⁊ cõclusiue ponit
dicta doctorum,licet de eis aliquam non faciat mentionẽ ideo dicas
fm do.Ludo.⁊ sic qđ prima conclusio in hac materia sit,qđ si tela iudi
cij fuit ordinata cõtra eũ,aduersus quem de crimine constat inciden-
ter.sicut contra certos alios:tunc de tali crimine incidẽti etiã ex eadẽ
instantia,potest sequi punitio supplec tu ⁊ etiam ordinaria pena Ca-
sus est in.c.p inquisitionẽ.de elect.declara.nam ibi fit inquisitio gene
ralis.super statu episcopatus ⁊ epi Tholosanẽ.⁊ etiã agebatur con
tra Mascaron ibi postea ppositũ:ideo nõ est mirũ si dictus Mascarõ
puniri potest.¶ Secũda cõclusio est:si tela iudicij fuit restricta ad ali-
quã personã,seu ad alium finem:tũc si iudex vult de nouo procede-
re,contra personã aduersus quã incidẽter de crimine cõstat,ne q3 in-
stantiam vel iudiciũ inchoando:potest ipsum punire pena ordinaria:
quia potest iudex supplere,pro suo officio ratione publice interesse.vt
c.cũ super.fm vnam lec.extra de confes.Tu dic quod ista est intentio
Sali.⁊ Bal.in.d.l.vbi.Et tu pro hoc allega simile in.l.libellorũ.in fin.
ibi:ex integro.ff.de accu.⁊.l.ij.§.finaũ.C.de abo.¶ Tertia conclusio

ꝙ vbi index nõ vult ꝓcedere de nouo,sed punire ex prima instantia:
tunc si crimen fuit deductũ vt exceptio ⁊ etiã accusatio:eo tñ casu re-
accusatio de crimine fieri põt.de quo in.l.j.⁊.l.ne gãda.cũ simi.C.qui
accu.nõ pos.vtputa q̄ pars de crimine excipit,⁊ illũ puniri petit:tũc
punitio sequi poterit.ita dixit Richar.mal.per illũ tex.in.l.vbi.C.de
fal.allegat etiã.l.iubemꝰ.C.de ꝓba.vt refert Jo.an.in Spe.de ꝓba.§.
ꝓbare.in addi.que incipit.Incõgrua.Tu dicas ,ꝙ hoc etiam refert
Cy.in.d.l.vbi.⁊ Sali.⁊ dicas tu,ꝙ potest puniri nõ tm̃ extra ordinẽ,si
deliquit corã iudice:⁊ sic maiestatẽ pretoriam offendit.iuxta.l.nullã
C.de testi.sed etiã puniri poterit ordinaria pena:etiã si dictũ crimen
nõ fuit cõmissum,in dicto iudicio ⁊ corã dicto iudice.vt.d.l.vbi.⁊ hoc
ibi sentit Bal.⁊ Sali.etiã in.d.l.qm̃ Alexandrũ.⁊ voluit Bar.in.d.§.
si publico.¶ Quarta cõclusio est,qd̃ vbi est de crĩe simpl'r exceptũ:si
exceptio sumit naturã accusationis:vtputa q̄ de crĩe q̄s volũtarie ex
cipit,ab alio nõ prouocatꝰ:vt cõtingit qñ opponũtur crimina ꝯ petẽ
tẽ cõfirmationẽ electionis:tunc tale crimen ex eadẽ instantia põt pu
niri.ita dicit Inn.per illũ tex.in.c.sup eo.de elec.Sed hoc nõ pl3 Lu-
do.q̄ l3 ille cõtra quẽ crimẽ est probatũ,dũ petebatur,sue electionis
cõfirmatio,ab alia electiõe repellat̃ eo q̄ ex ea criminis ꝓbatione,eiꝰ
opinio est grauata:vt ibidẽ:nõ tñ alia pena punitur.Casus est in.c.su
per his.de accu.vbi crimẽ per viã exceptiõis probatũ,ꝯ petentẽ cõfir
mationẽ nõ inducit potestatẽ pene ordinarie imponẽde cõtra eũ ad-
uersus quẽ est facta ꝓbatio.qd̃ ĩtelligas sane s3.d.c.sup his.¶ Quin
ta cõclusio est:si exceptio criminis nõ assumit locũ accusationis,sed
stat in finibꝰ exceptionis:tũc si nõ põt habere effectũ repulsiuum:ita
qd̃ repellat actorẽ,nõ poterit puniri ex eadẽ instantia:vt est text.in.l.
ij.§.qui hoc dixerit.⁊.§.si extraneꝰ.ff.de adul.vbi patet ꝙ exceptio le-
nocinij,opposita per extraneũ:post nomen rei receptũ inter eos:⁊ sic
nõ habẽs effectũ exclusiuũ.l.si maritus.§.prescriptiões.eo.ti.nõ habe
bit effectũ primitiuũ:nec ob.§.si publico.in.d.l.q̄ (s̃m Ludo.)ibi est
speciale in muliere,que excipiebat de lenocinio qd̃ cõtingebat causa3
adulterij.de qua agitur.rõne em̃ cõtingẽtie ⁊ cõnexitatis,vł illud cri
mẽ exceptũ in iudicio ꝑncipaliter deductũ:⁊ ideo sequi põt punitio:
vt ibi.Tu vo de intellectu.d.§.q hoc dixerit.⁊.§.si extraneꝰ.⁊.§.si pu-
blico.⁊.d.l.qm̃ alexandrũ.vide Bar.vbi meliꝰ ⁊ clariꝰ loquit̃.in.d.§.si
publico.ꝑ Sali.in.d.l.qm̃ alexandrũ.⁊.j.dicã.¶ Sexta cõclusio est,si
exceptio criminis põt habere suũ effectũ repulsiuũ:tũc si is ꝯ quẽ obij
cit̃,assumpsit defensionẽ sup ea principaliter disputãdo,vel illud est
cõfessus põt puniri ex eadẽ instãtia.h.d.Inn.s̃m vnũ modũ intelligẽ
di,in.c.peruenit.per illũ tex.in fi.de fideius.sed hoc nõ pl3 Lud.ꝑ tex.
in.d.c.super his.de accu.vbi electus petens confirmationẽ:⁊ propter
crimen sibi obiectũ repulsus,non priuat̃ beneficijs iam obtentis:⁊ sic
non punit̃ ordinarie.Scd̃o videt̃ casus de hoc in.c.j.de excep.⁊ in.d.c.
cum dilectus.ad fi.de ordi.cog.vbi testis ꝓpter crimen sibi obiectũ,nõ
cõtingens causam principalẽ de quo est cõuictus vł cõfessus:pena or-
dinaria puniri non potest.Tertio de hoc videtur glos.ordi.in.d.l.si fi-
lium.C.de lib.cau.⁊ clarior in.c.ex penitẽtibus.x.dist.volẽtes ꝙ cõfes-
sio facta de crimine incidenter,⁊ multo magis si fuerit cõuictꝰ nõ suf
ficit ad puniendũ ex eadẽ instantia cõfessum vel cõuictum.Addas tu
qd̃ voluit Bar.in.d.l.si cõfessus.in fi.de cust.reo.Quarto istud deter-
minat Jo.an.in.c.mandatũ.de rescri.⁊ Spec.in tit.de ac.§.pe.⁊.s̃.de
ac.ver.quid si reus.volẽtes ꝙ si petens sibi aliquid:⁊ reus suũ crimen
incidenter fateatur,propter qd̃ beneficio est priuãdus:non possit seq
cõtra reũ sentẽtia beneficij penalis priuatiua,ex eadẽ instãtia.⁊ istud
credo verius.¶ Septima cõclusio est,si exceptio põt habere effectu3
suũ repulsiuũ:⁊ is contra quẽ est exceptũ,nõ assumpsit defensionem:
tũc si non est crimẽ annexũ negotio,de quo agit̃ principaliter,nõ in-
surgit facultas puniẽdi pena ordinaria sed extraordinaria:⁊ hoc sine
cõfessione vł alio modo de crimine incidẽter deducto cõstiterit.Ista
fuit cõclusio do.Ant.in.d.c.cũ dilectus.el.ij.de ord.cog.per text.in.d.
c.j.a ꝯtrio sensu.de excep.Sed ista cõclusio s̃m Lud.est falsa.ꝑ not.per
Inno.in.c.verũ.ad fi.de fo.cõpe.volẽs ꝙ ꝓbationes q̃ fiunt de crimi-
ne excepto,aduersus testes potius intelligãt̃ fieri contra partẽ ꝓdu-
centẽ:ne eius testimonio vti possit,q̃ꝫ contra ipsum testẽ:ergo sequit̃
ꝙ testis aliquo modo puniri possit.talis ꝓbatio nõ affert preiudiciũ:
vt est regulares inter alios acta ⁊c.Tu vero allega qd̃ no.Cy.⁊ Bal.
in.l.j.C.q accu.non pos.vbi volũt,ꝙ si accuso ⁊ obtineo ꝯ ꝓducẽtes te
stes de falso non nocet testibꝰ.Scd̃o allego.l.lucius.cũ ibi no.ꝑ do.ff.
de infa.vbi patet sniam reprobatiuã testimonij latã cũ parte ꝓducẽ-
te,nõ afferre preiudiciũ testi.ergo sequit̃ ꝙ nec ꝓbatio facta cũ parte
per regulã:cui nõ nocet snia,nõ nocẽt acta:vel ecõtra.Tu pro hoc al-
lega Inno.in.c.cãm que.de ꝓba.⁊ qd̃ no.Bar.in.l.sepe.in fi.de re iu-
di.Nec ob.d.c.j.extra de excep.nã pondera ibi tex.cõuicti.non em̃ te-
stis dicit̃ de crimine cõuictus:si non cũ eo,sed cũ parte ꝓducẽte,facta
est criminis ꝓbatio.q̄ vt dixi res inter alios acta ⁊c.Itẽ põdera ibi
verbũ sufficit.Illud em̃ verbũ sufficit:excludit oẽ aliud,ꝑter ꝓposi-
tũ:vt not.glo.in.c.statutũ.§.j.in ver.canonicus.de rescri.in.vj.⁊ simi-
libus verbis vtitur.d.c.cũ dilectus.cum loquit̃ taxatiue ibi:dũtaxat
a testimonio repelli ⁊c.Istud credo verius ꝑ ꝑdicta.Unde ad euitan-
dum multa iudicia,qñ petis dictũ ꝓducentẽ falsos testes,de falso pu
niri.iuxta.l.luciꝰ.de infa.⁊.l.si veteris.cũ ibi plene no.per doc.C.de fal.
qd̃ etiã petas dictos testes de falso puniri,tãq̃ꝫ falsu3 dixerint:⁊ ĩ vno
quoq̃ꝫ actu eos citari facias:⁊ cũ eis etiã litiges.⁊ tũc talis snia ẽt eos
afficiet.l.de vnoquoq̃ꝫ.ff.de re iud.¶ Octaua ꝯclusio est:si crimẽ inci-
dẽter cõtingit causam,de qua agit̃ ꝑncipaliter.vt est exceptio lenoci-
nij ⁊ adulterij ⁊ similes.de eo cõstat per cõfessionẽ eiꝰ q petit puniri:
poterit puniri pena ordinaria.Iste est casus in.d.c.j.extra eo.a ꝯtrio
sensu.¶ Nona cõclusio est,de crimine incidẽter cõtingente causa3,de
qua agit̃:si cõstat ꝑ ꝓbatiões:⁊ is aduersus quẽ est exceptũ,defensio-
nẽ suã suscipiat pena ordinaria:ex eadẽ ĩstãtia puniri poterit.Iste est
casꝰ no.in.d.l.ij.§.si publico.de adul.¶ Decima ⁊ vltima ꝯclusio est,
si de crimine incidẽter deducto constat ꝑ ꝓbationes:tñ aduersus quẽ
est exceptũ,nõ suscepit sui defensionẽ:nulla pena puniet̃:q̃uis sit cri-
men ꝯtingẽs causam de qua agit̃.⁊ hec de ꝯclusiõe etiã probat̃.l.denũ
tiasse.§.q̃rit̃.ff.de adul.vbi si lata est sentẽtia aduersus adulterũ,non
affert ꝑiudiciũ adultere in crimine cõnexo:ex eo q̄ huiusmodi acta ꝯ
adulterã,directa nõ sunt qd̃ cõfirmat̃ ꝑ no.ꝑ Bar.in.l.si.ad fi.ff.de qd̃.
dicẽtẽ ꝙ ꝓbationes recepte ꝯ aliquẽ in gñali inquisitione,nõ preiudi
cant ꝯ eũdẽ in speciali inq̄sitione postea formata ꝯ eũdem.Rõ:q̄ qñ
fuerũt recepte,in gñali nõ fuit citatꝰ:igit̃ ⁊c.Et s3 ꝑdicta debet intel
ligi qd̃ no.Bal.in aut.nouo iure.de pena iudi.q ma.iudi.⁊ in.l.presby
teri.C.de epis.⁊ cle.Et aduertas tu,id qd̃.s̃.dixi ꝑ.l.ij.§.q hec dixerit.
§.si extraneꝰ.⁊.§.si publico.de adulte.q̃ iura,faciũt differẽtiã inter ex-
traneũ obijciẽtẽ de adulterio,⁊ ipsa3 vxorẽ:q̄nimo ẽt post nomẽ suum
receptũ inter reos,auditur excipiẽs de adulterio:⁊ maritus punitur:
q̄ si obijcit istam exceptionem lenocinij,quod volũtate mariti cõmi-
sit adulterium.presumitur mulier subducta a viro.l.j.§.que onerande.
ff.quarũ rerum actio nõ da.⁊.l.j.C.de rap.virg.ideo tanq̃ꝫ prosequens
suam iniuriã,admittitur ad hanc exceptionẽ.secꝰ in extraneo:quia ex
hoc extraneo nõ est illata aliqua iniuria,si maritꝰ fuit leno vxoris sue.
eodem modo si obijciatur exceptio lenocinij ex eo q̄ vxorem adulterã
retinuit.adhuc põt obijci a muliere,ad virũ puniẽdũ:qm̃ hec duo cri-
mina se inuicẽ cõtingũt:q̄ vnũ ab alio:ideo mulier admittitur ad hoc
ꝓponẽdũ.de quo late ꝑ Bar.Ang.⁊ Imo.in.l.his q reꝰ.de publi.iud.
Et istud est crimen cõnexum,inter easdẽ ꝑsonas:qm̃ illa mulier q̃ ac-
cusat,est illa q̃ ab accusatore est recepta:sed hoc nõ põt dici ĩn extra-
neo:q̄ l3 illa crimina se inuicẽ cõtingãt:tñ inter diuersas ꝑsonas com
mittuntur:qm̃ lenociniũ respicit vxorẽ,⁊ eiꝰ iniuriã:⁊ ideo põt oppo
ni a muliere ⁊ nõ ab extraneo accusato:cũ eius ꝑsonã nõ respiciat.Et
ꝑdicta sunt vera,qñ maritꝰ accusat de adulterio criminaliter si autẽ
ciuiliter,semper ⁊ indistincte potest obijci de lenocinio:ad finẽ repul-
siuum.l.viro atq̃ꝫ vxore.cum ibi notatis.ff.solu.matri.ita dicit Bart.
27 in.d.§.si publico.circa prin.quod no.¶ † Quero an ⁊ quando potest
opponi illa exceptio,dolo facis petere qd̃ restituturus es:Istã ma-
teriã vide per tex.in.l.dolo facis.ff.de doli excep.⁊ tex.⁊ glo.in.l.si so-
cer.§.lucius.⁊ ibi Bart.⁊ omnes doc.ff.solu.matri.⁊ ibi per Ludo.qui
dicta doctorum exponit,per conclusiones.¶ Prima itaq̃ꝫ conclusio
sit:cum nõ est liquidum quod quis id quod petit,postea restituere de-
beat,exceptio dolo facis ⁊c.nunq̃ꝫ petenti.ob.tex.est s̃m verũ intelle-
ctum quem ponit gl.in.d.l.dolo facis.⁊ in.l.j.§.rediguntur.ff.quo.leg.
¶ Secunda cõclusio est:cum est liquidum,quod q̄s id quod petit re-
stituturus est ei a quo petitur incontinẽti:tunc agenti semper obstat
exceptio dolo facis.vt in.d.l.dolo facis.⁊ in dicta regula dolo facis.
de reg.iur.in.vj.¶ Tertia conclusio est,cum quis id quod petit,resti-
tuturus est ex interuallo,ei a quo petit propter dilationẽ que respicit
ipsam obligationẽ ⁊ ei adijcitur:tunc agenti non obstat exceptio do-
lo facis.est tex.in.l.si.ff.vt leg.no.cauea.¶ Quarta conclusio est:cum
quis id quod petit restituturus est ex interuallo,ei a quo petit ꝓpter
dilationem que miserationis causa indulget̃ solutioni:tũc agens,re-
pelli nõ potest exceptione dolo facis.vt est text.in dicto.§.lucius.in fi.
⁊.l.nupta.§.quoties.ff.soluto matri.⁊.l.si donaturus.ad fi.ff.de con-
di.ob.cau.¶ Quinimo amplius dicendum est,s̃m Rapha.quod ali-
quãdo quis repellitur dicta exceptiõe dolo facis:qui petit quod resti-
tuturus est ei,qui nõ restituturꝰ est mihi:sed si a me peteret,ille tertiꝰ
repelleretur.Iste est casus notabi.in.l.menia.§.j.⁊ ibi Raph.ff.solu.
matrimo.ibi mulier non esset restitutura heredi patris:tamen si age-
ret,repelleretur.ibi exceptione:ergo eodẽ modo repelli debet maritꝰ
agens,qui debet restituere mulieri.¶ Quinta cõclusio est:vbi agens
id quod petit,restituturus est ex interuallo ei a quo repetit:ꝓpter di
lationẽ que miserationis causa,indulgetur solutioni:tunc agẽs repel
li non potest excep.dolo facis.tex.est s̃m Bar.in.l.j.C.si constan.ma-
tri.⁊ in.l.si mulier.§.rerum.ff.rerum amo.⁊ sic bene põderando Bart.
facit differentiam inter petentem ⁊ repetentem.¶ Sexta ꝯclusio est,
vbi agẽs id qd̃ petit,est alteri non illi a quo petit restituturus:tũc nõ
repellit̃ dicta exceptione dolo facis.vt.d.§.lucius.¶ Septima cõclu-
sio est vbi agẽs id qd̃ petit,restituturus est alteri qui restituturus est
ei a quo petit exceptiõe dolo facis,repellitur.tex.est in.d.l.si donatu-
rus,in fi.¶ Tu addas octauã ⁊ vltimam conclusionẽ.si prelatus spo
liat laicum,ecclesia quam tenebat,⁊ quam possidere nõ potest:et hoc
est notorium:tunc si laicus spoliatus,agit cõtra prelatum interdicto
recuperande,

recuperãde,obstat laico dolo facis exceptio ſm Inn.in.c.cõſtitutus.
de fil.presby.ita notat Ang.i.d.l.dolo facis.⁊ ſic quoties eſt notoriũ,
quod agẽs id qđ petit,retinere nõ põt.obſtat ſibi dicta exceptio do
lo facis.Ad quod bene facit.c.ad decimas.de reſt.ſpoli.Et predicta
procedunt,vbi agitur petitorio:ſinaũt ageret poſſeſſorio.dic vt not.
glo.in.d.l.dolo.⁊ in.d.l.ſi de vi.ff.de iudi.⁊ gloſ.⁊ Dy.in reg.qui dolo.
de reg.iur.in.vj.⁊ per glo.Cy.Bal.⁊ Sali.in.l.ij.C.de edi.diui.adria.
tol.⁊ per Bar.late in.l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acquir.poſ
ſeſſio.per totum ipſum.§.maxime.in verſi.quarta cõbinatio eſt.cum
ver.ſequen.Tu vero diſtingue ꝙ Aliquãdo agitur interdicto recupe
rande:⁊ ſic interdicto vnde vi.⁊ tũc an poſſit opponi exceptio domi
nij.vide que ſcripſi ſupra de acti.§.quadrupli.ver.nec tali agenti tali
interdicto recuperãde.dic vt ibi.Aut agitur interdicto adipiſcende
poſſeſſionis:⁊ per cõſequẽs interdicto quorũ bonorũ:tunc an agenti
obſtet exceptio dñij:⁊ ſic exceptio dolo facis:⁊c.Dic vt in.d.§.qua
drupli.ver.quo an ſit annalis vel non.Aliquando agitur interdicto
retinẽde poſſeſſionis,⁊ ſic vti poſſidetis.⁊ tũc an obſtet exceptio do
minij.⁊ ſi exceptio dolo facis.Dic vt dixi in.d.§.quadrupli.ver.an au
tem contra agentem hoc interdicto ⁊c.dic vt ibi plene dixi.que bene
no.¶ Poſtꝙ vidimus aliqua circa materiam doli,fraudis,⁊ dece
ptionis:congruũ eſſe videtur,aliquid hic inſerere de exceptione ſimu
lationum ſiue fictionis contractus vel inſtrumẽti:quoniã tot modis
contractus ſimulatus dicitur,quot modis fit fraus.vt notatur.ff.de
leg.l.fraus.⁊.l.non dubiũ.C.de legi.⁊ ideo vbi non eſt fraus,ibi nõ eſt
ſimulatio proprie.Ita dixit Bar.ad literam in.l.iij.in fi.C.de poſtu.
quod tamen ſane intelligas tu verum,non ſimpliciter:quia etiã ſimu
latio fit,vbi aliqua fraus vel deceptio alicuius non committitur:ſed
28 tantũmodo fit cauſa ſue tuitionis ⁊ reparationis.vt.j.dicã.¶ † Ad
cuius rei deciſionem,eſt primo premittendum pro fundamẽto,quod
eleganter dixit Barto.in quodam ſuo cõſilio quod incipit Petrus
nicole.vcʒ qđ cõtract⁹ fictus:imaginari⁹,⁊ ſimulat⁹,đr trib⁹ modis.
Vno modo cũ in veritate agit̃,qđ vn⁹ cõtractus celebret̃.ſ; ali⁹ cele
brari ſimulatur.C.plus vale.qđ agit̃.per totũ.C.de cõtrahen.empt.l.
empti fides.Et iſti⁹ ſimulationis natura eſt,vt ex hac ſimulatiõe nõ
impediat̃ acquiſitio fienda,ei cui acquirit̃:ſi de iure ex cauſa que vere
agebat̃,poterat acqri.vt.d.l.empti fides.⁊.C.ſi certũ pe.l.ſi ex pretio.
Scđo modo đr cõtractus ſimulatus,qñ cõtractus in veritate celebra
tur:⁊ modico;tempore dʒ durare.qꝛ forte dʒ reuẽdere cito.vt.l.iij.§.ſi
ab ignoto.ff.de manumiſ.Et iſti⁹ ſimulationis natura,hec eſt:vt de
beat hoc expreſſe ꝑ pactũ agi.vt.d.§.ſi ab ignoto.Tertio mođ đr cõtra
ctus imaginari⁹,ſiue ſimulat⁹,qñ apparẽter fit cõtract⁹.ex mente ve
ro agit̃ inter partes,qđ nihil fiat.⁊ de hoc loquit̃.l.nuda.ff.de cõtra
hen.emp.⁊.l.imaginaria.de re iudi.⁊.ff.de ritu nup.l.ſimulata.⁊.ff.de
aqua plu.arcẽ.l.emptor.Et iſta nominat̃ charta ſiue inſtrumentũ ad
rei apparẽtiã facta.vtputa qs forte timet Tyrãnũ,vel propter fugiẽ
da onera:vel ꝓpter aliud ſimile aliquis fecit alienationẽ bonorũ ſuo
rũ:tñ in veritate agebat̃,vt nõ eſſet alienatio.ſed ſolũ ad reparãdũ cõ
tra predicta.ita dicit Bar.in dicto ſuo cõſilio.ita etiã voluit Bald.et
Sali.in.l.j.plus valere quod agit̃.⁊ Bal.⁊ Salic.in.l.cũ precib⁹.C.de
pba.¶ His premiſſis,cum verbuʒ ſimulationis poſſit multipliciter
intelligi,vt patet ex predictis.qcũꝗ ergo dicit inſtrumẽtũ ſimulatũ,
ſiue agendo ſiue etiã excipiẽdo.dʒ dicere qua ſpecie ſimulationis ſit ſi
mulatũ:ita ⁊ taliter,ꝙ aduerſari⁹ reddat̃ cert⁹,⁊ nulla alia facta de
claratione ille cõtra quẽ đr ſimulatũ,dʒ opponere qđ illud qđ dixit
aduerſarius de ſimulatione,eſt obſcurũ.vt.l.j.ff.de edẽ.⁊.l.põpo.ſi fru
mẽtũ.in fi.ff.de rei ven.que loquit̃ in agẽte.⁊ idẽ in excipiẽ.l.titie tex
tores.de leg.j.⁊.l.ij.§.j.ff.de doli.excep.idẽ in pbãte,obſcure.ff.de neg.
geſt.l.eũ actũ.in fi.⁊ qđ ibi notat̃.ff.de no.ope.nũ.l.nõ ſolũ.§.ſed vt ꝓ
bari.⁊ qđ ibi Bar.⁊ doc.in.l.matrẽ.⁊ qđ ibi Bal.⁊ Sali.C.de pba.et
qđ habet̃ in.c.in pſentia.de pba.Cum ergo dicatur cõtractus ſimula
tus,nec dicatur et nec probetur,qua ſpecie ſimulatiõis ſit ſimulat⁹.
Dicendum eſt ꝙ intentio dicẽtis,ſiue ſit actor ſiue ſit re⁹,nulla eſt:⁊
non poteſt obtinere:nam clarũ eſt,qđ ſimulatio ⁊ fictio non preſumi
tur,niſi appareat cauſa ꝓpter quam ſic ſimulate fecerit.l.ſi maritus.
in fine.ff.qui ⁊ aquibus.Debes ergo tu cauſidice ſi vis obtinere,dice
re opponẽdo vt principaliter agẽdo,de ſimulatione ⁊ exprimere qua
ſpecie ſimulationis ille actus ſiue cõtractus ſit ſimulatus:⁊ cauſam,⁊
radicem dicte ſimulationis.⁊ illud pbare:alia ſuccumberes.Omnia
iſta ſunt de mente Bar.in dicto cõſilio Pet.nicole.quod not.quia in
practica vidi multos peritos errare.Aduertas tñ tu cauſidice,oppo
nens de ſimulatione:quia qñuis diceres cauſam ⁊ ſpeciem ſimulatio
nis ⁊ probares:non tamẽ obtineres,ſi diceres inſtrumentum ſimula
tum:quia tua exceptio eſſet inepta.vt dicta.l.ij.§.j.de do.exceptione.
Debes ergo dicere dictum actum ſiue contractum,ſimulatũ fore.ita
dixit Bal.in dicta.l.cum precibus.C.de pbati.vbi dixit,quod illud
quod caret effectu,caret nomine:⁊ ideo exceptio ſimulationis,dicit̃
opponi proprie contra inſtrumentum:qꝛ non eſt inſtrumentuʒ:licet
habeat figuram.¶ Aduertas tu quod aliud eſt cõtractus,⁊ aliud in
ſtrumentum.de quo in.l.cõtractus.per gloſſam ⁊ doctores:⁊ maxime
per Bal.C.de fide inſtrumentorum Tu vero aduertas,quod dictum
Bal.poteſt procedere in illa tertia ſpecie ſimulationis:quando agit̃
ad reparandũ.⁊ ſic in veritate nihil agebatur.vt.d.l.imaginaria.de re
gulis iuris.ſed in alijs duabus ſpeciebus ſimulationum,videlicet in
caſu.§.ſi ab ignoto.⁊ in caſu dicte.l.empti fides.cum ſimilibus ſupe
rius allegatis,non procederet:qꝛ in dictis caſibus vt patet ad ſenſum
inſtrumentũ eſt aliquid.vt etiam infra dicam ⁊c.Et ob hoc poteſt op
poni exceptio in forma,quod inſtrumentum ⁊ contractus ſunt ficti ⁊
ſimulati.¶ Secundo aduertas,quod in ſimulatis inſtrumentis ap
paret renuntiatuʒ exceptioni ſimulationis:quid erit in iſto caſu:Di
cas quod talis renuntiatio,declarat intentionẽ renuntiantis:qđ nõ
intendit iſtum contractum dicere ſimulatum.verũtamen ſi apparet
legitime cauſe ſimulationis,⁊ indicia:tunc eadẽ ratione qua ſubſtan
tia cõtractus probaretur ſimulata,eadem ratione ⁊ hec renuntiatio.
vt argu.ff.de noua.l.doli.verſi.ſi diuerſum.⁊ quod ibi Bar.et doc.ita
dixit etiam Barto.in dicto conſilio Petrus nicole.in fine.De huiuſ
modi aũt renuntiationibus ⁊ ſimilibus,que apponũtur in cõtracti
bus dicã tibi.j.eo.§.j.dic vt ibi.Sis itaqꝫ tali caſu bene cautus,qñ in
inſtrumento reperitur,talis ſimulationis renũtiatio:vt non ſimplici
ter opponas de ſimulatione dicti contractus:⁊ cauſam ſimulationis
etiã exprimendo ⁊ probando:ſed per neceſſariũ eſt,vt opponẽdo ad
das.Dico etiam dictũ inſtrumentũ ⁊ contractũ ſimulatũ,tali ſpecie
ſimulationis ⁊ quicquid cõtinetur in eo:nam tunc actor non poterit
replicare de renuntiatione dicte ſimulationis:alias niſi adderes etiã
illa verba:⁊ quicquid cõtinetur in eo,poſſet per errorem replicari:qđ
dicte allegationi ſimulationis eſt renũtiatum.⁊ tali replicatione,tol
leretur dicta exceptio ſimulationis.ita eleganter voluit Bar.in.l.ne
mo poteſt.ff.de leg.j.ver.quero an renũtiatio exceptionis ſimalutio
nis⁊c.vbi omnino videas an tali exceptioni poſſit renũtiari:vbi etiã
29 ſcripſi.¶ † Pro declaratiõe dictorũ,videamus aliqua circa dictas
tres ſpecies ſimulationis.Et capiamus primo,quãdo agitur in veri
tate:⁊ vnus cõtractus celebratur,ſed non ille quem expreſſerũt vtpu
ta in veritate volumus ꝯtrahere,⁊ facere contractũ pignoris:verum
quia creditor dubitat ne cogatur cõputare fructus in ſortẽ,iuxta.l.j.
⁊.ij.C.de pig.act.cum ibi plene notatis per doc.⁊.l.j.de diſt.pig.ſimu
lat contractum emptionis.tunc tali caſu licet non valeat contractus
emptionis,remanet tamen validus cõtractus pignoris.iſte eſt caſus
in.l.emptorem.C.plus valere quod agi.⁊ in.c.illos vos.de pign.⁊ ſic
plus valet quod in veritate agitur,ꝙ quod ſimulate concipitur.vt in
toto ti.plus valere quod agitur:⁊ pro hoc facit.l.luci⁹.la.ij.ff.de poſtu
la.⁊ quod ibi Barto.¶ Aduertas tamen iſto ſecundo caſu,quod
oportet ꝙ tu cauſidice articulate deducas,⁊ probes qualiter cum cõ
uentum fuiſſet inter tales,ꝙ in veritate eſſet pignus:licet fingeretur
venditio:ꝙ incontinenti inierunt,ad faciendum dictum contractum
venditionis ſimulatum:nam niſi probetur ꝙ incontinenti id factum
fuit:ſed poſtea decurriſſet interuallũ temporum:tunc poſſet dici,ꝙ a
prima cõuentione videatur receſſum:⁊ per conſequens ꝙ in veritate
non intendebat facere pignus:imo veram venditionẽ.vt dicit inſtru
mentũ.arg.l.cum in plures.§.locator horrei.ff.loca.⁊ quod ibi Barto.
Bald.Sali.⁊ Bar.in.l.non ſolũ.in.§.morte.ver.plane.ff.de noui ope.
nun.ita dicit Jac.but.Bar.Bal.Sali.⁊ Ange.in.l.pacta nouiſſima.
30 C.de pac.¶ † Quo autem ad ſecundam ſpeciem ſimulationis,quãto
tpe dʒ durare.vt.d.§.ſi ab ignoto.ponamus qđ vendo tibi domũ,cum
hoc quod intra certum tempus tu cogaris mihi reuẽdere,an preſuma
tur cõtractus ſimulatus:Et dicas ꝙ nõ:imo eſt permiſſus ⁊ vʒ in for
ma ſpecificata.vt eſt tex.in.l.ij.C.de pac.inter empt.⁊ vẽdi.⁊ qđ ibi no
tatur:intantũ ꝙ adueniente tempore vẽditionis,ſi ego volo reemere
⁊ offero realiter pretium predictum licet tu non velis reuẽdere:tamẽ
ipſo iure ſine alia traditione,in me transfertur dñium vtile tantum.⁊
habeo pro dicta domo vẽdita,vtilẽ rei vẽdicationẽ.vt eſt tex.ſingula
ris in.l.ſi cum vẽderet.ibi autem vẽdicare.cum gl.ff.de pig.act.
✱ADNOTATIO.Pactũ redẽptiuũ ſeu de retro vendẽdo,
de iure ciuili licitũ ⁊ pmiſſum eſt,cõcurrẽt ptij iuſtitia.l.ſi fundũ parẽ
tes.⁊ ibi cui⁹ Bar.Bal.Sali.Cagnol⁹ ⁊ ſcribentes voto cõi de pactis
inter emptorẽ ⁊ venditorem compoſitis.¶ Ad idẽ de iure põtificio,
Archidiacon⁹ in canone pleriqꝫ.14.q.3.Imola in.c.nſam.col.j.X.itẽ
nota qđ ex cõuentione.extra de emptione ⁊ vẽditiõe.⁊ ibi Abbas idẽ
firmat col.ij.Amplio hoc ꝓcedere etiã ſi interueniret modicitas ptij,
ꝓpter qđ pactũ huiuſmodi non pſumit̃ ſimulatũ.Socin⁹ ꝯſi.lv.pſtã
tiſ.doctor.col.v.Xſi.ſed ad hoc reſpondetur.vol.ij.vbi firmat hanc eſſe
magis communem,⁊ pro hac opinione cõſului ꝯſi.cxliij.dñs claudius
chatorell⁹ verſi.pactũ ⁊ ptij modicitas.nu.4.Imo.vt dicat̃ cõtract⁹
vſurari⁹ ⁊ nõ fictus requirunt tria:pactũ de retro vendẽdo,paruitas
ptij,et qđ emptor ſit ſolit⁹ fenerari.gl.Panor.⁊ ſcribentes in.c.con
queſtus extra de vſuris Pau.a caſt.⁊ Franchiſquinus curti⁹ adnotã
do.in.l.rogaſti.§.ſi tibi.col.j.nu.6.de reb.credi.in pandec.Fabianus a
ſancto ſauino de empt.⁊ vẽdi.in.vj.q.ſeptime qõnis pncipalis.col.iiij.
Alex.conſi.xxviij.in cauſa ⁊ lite col.j.Xſi.nec obſtat vol.v.⁊ dixi cone
cliij.exordiẽte ⁊ ſi in cauſa chatorelli nu.1.⁊.2.⁊ dixi ꝯſi.ccvi.Sauch.ſi
rius rauanellus verſi.ſecũ ꝯcurrẽtib⁹.ix.nu.4.nec obſtat Decius ꝯſi.
792.viſo conſi.ꝑ totum vol.4.firmare duo ſufficere pactum ⁊ modici

tatē pretij quoniā magis cōis est cōtra Decium quod imo requirantur tria vt supra, & p hac opinione semper vidi iudicari & pluries obtinui. Sed dubitatur nunquid intelligatur illud pactū iuxta conuenta, ita quod si sit expressum tempus vnius anni, illo elapso non amplius habeat locum dictum pactum, & videtur dicendum quod non, p textū in.c.j.de feudo dato in vicē legis commissorie colla.x.vbi feudū post dilationem prefixam, redimi potest. Hinc vulgares dicere solent pactum huiusmodi esse perpetuum contrarium tamen est verius p tex. in.l.ij.de pactis inter emptorē & venditorem.C.& latissime formaui in d.consi.ccvj.versi.hisce tamen.nu.2.& hanc conclusionem intelligo procedere nisi esset enormissima lesio tunc tale pactum porrigeretur vsq; xxx.annos Jacobin⁹ a sancto georgio in.l.mutuū damus.in principio col.j.nu.2.de rebus creditis & ibi dixi post eum, in pandec. An.C. Predicta tamē sunt vera nisi aliqua alia cōcurrant, q̄ qd intra certū tps teneat reuēdere: puta etiā interuenit paruitas precij, respectu valoris rei. iuxta gl.no.in.l.j.in pn.ff.de supficie.& qd venditor indigeret pecunia: & qd pecuniam peteret mutuo: & pactū de retrouēdendo quo ad certum tempus. & sic nō tanq̄ certum tempus trāseat. q: ex his presumitur contractus fictus & simulatus: & magis presumit celebrat⁹: vt creditor interim durāte illo tempore lucret fruct⁹: & sic poti⁹ sit pignus, q̄ vera venditio. Iste est proprie casus in.d.c.ad nostram.& ibi ita sentit glo.& expresse Ant.de but.& de hoc videtur etiam text.& ibi hoc not. Jac.de are.Cy.Bal.& Sali.in.d.l.emptione. Si autem non cōstaret de originali mutui petitione: tūc ex tali pacto de retrouendendo, nō ppterea iudicat Sctus simulat⁹: & etiā si ibi esset paruitas ptij respectu rei vendite: & cū vsurario fact⁹. qm vsurarij faciūt sepe bonos Sct⁹. ita dicunt doc.in.d.c.ad nostrā.& in.d.l.emptione.& facit qd hr in c.cōquestus.de vsur.nisi aliud etiā cōcurrat: vtputa vltra pactū de retrouendēdo, ipse creditor expsse paciscitur qd fruct⁹ cōputet in sortē: & qd qn reuendit aliquid, plus habeat q̄ soluerit: q: presumitur tunc contractus vsurarius & presertim in consueto fenerari. iste est proprie text.in.d.c.illo vos.de pigno.in fi.que omnia nota.quia quotidiana.

¶ Quid si dictum fuerit in instrumento, quod vēdidit & tradidit vere, & non in fraudem vsurarum? Respōdeo quod ex his verbis, instrumentum est magis suspectum: & non minus. vt notat singularis glos. in fi.ff.de condi.instit.l.si quis sub conditione. ita Bald.& Sali.in.d.l. emptione. quod not. vt nunq̄ in instrumētis apponas clausulas inconsuetas. nam propter hoc redditur instrumentum suspectum. vt voluit illa gl.

31 ¶ † Querit an talis Sct⁹ simulat⁹, firmet iuramēto? & glo. singula.in.d.l.emptione.dicit qd nō: q: istud iuramētū nō hz fundamētum alicui⁹ cōsensus.l.fi.cū ibi no.C.de nō nume.pec.qd tu intelligas verū, si Sct⁹ fuerit simulat⁹ supradicta tertia specie simulationis: vcz qn partes intendebant nil agere: de quo statim dicam. secus si actum fuerit, q in veritate aliquis cōtractus celebraretur: puta pignoris: licet celebraretur cōtractus venditionis. & sic in fraudem vsurarū. vt.d. c.illo vos. quoniā tunc esset standum iuramēto, donec relaxaretur per episcopum. vt extra de iureiuran.c.j.ita dicunt doc.in.d.l.emptione.

32 Aduertas tamen † q si iurans, esset mortuus: heres eius nō indigeret relaxatione: q: spirituale vinculum iuramenti, morte sopitū est. vt extra de iureiur.c.veritatis.& quod ibi Inn.& in.c.fi.de foro compe.in nouella. licet virtus iuramenti quo ad obligationem temporalium,

33 transeat ad heredē. vt.c.q̄uis.de pact.in.vj. ¶ † Veniamus ad tertiā speciem simulationis, quādo cōtractus est imaginarius siue ad reparationem factus: tunc tali casu nullus est contractus. nec tantum q agitur, sed q dicitur fingitur simulat⁹. vt.d.l.imaginaria. cum simi. ¶ Intantum q ex tali contractu, non transfertur dominium vel aliquod ius reale vel etiam personale in re vel ad rem ipsam: vt est tex.in l.emptor.& ibi no.per glo. Barto.& Ang.& dominos meos.ff.de aqua

34 plu.arcen. ¶ † An autem transferatur possessio, ex tali contractu sic simulato? & Bar.in.d.l.emptor.tenet q sic. quia etiam sine causa potest transferri possessio. vt etiam ipse not.in.l.quod meo.in prin.ff.de acquirē.possess.supple tu. quia etiam ex inutili contractu, transfertur possessio.l.j.§.si vir.& ibi no. Barto. Ang.& docto.de acquiren.pos. qd tu intelligas verum, quando realiter traderetur. & constat de animo quod transferre voluit possessionem. vt clare voluit Bart.in.d.l.emptor. dum dicit an transferatur possessio. respōdeo sic si hoc agitur &c. In dubio aūt, non presumit animus transferēde possessionis: ex quo cōtractus est simulatus: q: eodem modo, etiaz traditio presumitur simulata. ita dixit Bart.in.d.l.emptor. allegat.l.cum propria.C.si quis alteri vel sibi. Sed indubitatum esset, quod possessio nō transferretur ex tali contractu simulato: si descederet possessor, & alium in possessione actuali non poneret. iuxta.l.si stulas.§.j.de contrahen.emp.& l.cum quis.ff.de do. sed simpliciter se constituat nomine illius emptoris vel donatarij vel cessionarij possidere, vel pcario pro eo possidere: q: illa est ciuilis translatio possessionis. quia cum simulās remaneat dominus, & proprie nō teneat precarium constitutū rei sue.l.neq; pignus. de regu.iur.l.si rem quam.cum ibi not.per glo.& docto.ff.de acquiren. possess.& in.l.ei a quo.ff.de vsuca. nulli dubium, q aliqua possessio non est etiam translata ita etiam dixit Bal.& Sali.in.d.l.emptione.in fi. quod no. Et etiam aduertas, q non tantum in ista tertia specie simulationis, sed in omnibus alijs: nō tantum ille qui contractū simulatū facit: sed etiā eius heres, potest dicere Sctū simulatū: licet nō possit dicere fore factū in fraudem vel deceptionē fisci, vel alteri⁹ priuate psone.l.q̄uis.& l.cū propria.C.si qs alteri vel sibi. ita dixit Bar.in dicto suo cōsilio. & idē voluit in.l.post contractū.ff.de do.in versi.sed an venditor ipse &c.& ibi Ange.& dñi mei.& Bald.& Salic.in.d.l.emptione.

35 ¶ † Unū tñ nūq̄ exeat mēte tuā, maxime in actu practico: qn aliqs vendit vt euaderet penā alicui⁹ delicti: vel vt euitaret collectas, vel aliquid simile. & sic fuit factū ad reparandū vt dixi. & vult repetere rem suā, quo dz agere? istam qōnē format Bar.in.l.iusiurandū qd ex cōuentione.§.fi.cū.l.seq.ff.de iureiur.in penul.col.vbi tandē dixit q agere deberem rei vendi. dicēdo rem fore meā, & si tu opponis q fuerit tibi vendita, ego replico quod illa vēditio fuit simulata & imaginaria & in fraudem fisci facta. & tūc ego debeo opponere, & sum audiendus lz allegem turpitudinem meam. nā ego non allego eam ad fundandam intentionem meam, sed allego eā quo ad adiuuādum intentionē meam. item ego allego ipsam contra te, qui eam participasti. ac etiā de dāno euitando tracto: tu vero de lucro. igit sum audiendus.l.apud celsum. §.marcellus.de do.excep. non aūt possum petere rescindi dictam venditionem, allegādo in fraudem fisci fore factā. q: principaliter ad fundandam intentionē meam, allegarem turpitudinē meā. pro quo facit qd dicimus in simili vtrū quis cogatur edere rationes vel librū proprium, ad petitionē aduersarij ad fundandū ei⁹ intentionē vel ad coadiuuandum.l.j.& l.fi.C.de eden.& ibi plene per glo.& doc. quod no. Ex predictis potest inferri, & si statutū pmittat cōtra instrumētū opponi exceptionē simulationis, de qua simulatione intelligatur? & Bar. Bal.& Sali.in.l.iij.C.de postu. dicūt q intellexit statutū, quando aliquid permittitur vel conceditur sine spe alicuius cause precedētis. vel secundo, quādo causa vera tēdit ad diuersum vel cōtrarium effectum: cum causa expressa in instrumēto.l.empti fides.C.de cōtrahen.emp. & d.l.emptiōe.C.plus valere quod agi. cum si. Tertio quādo, de nullo fingitur aliquid. vt.d.l.imaginaria. cum simi. sed quando de aliquo fit in aliquo alio nouatio siue trāslatio: & est ibi equpollentia in effectu illa obligatio nō dr simulata q: nō deficit obligatiōis substātia.l.si ex pretio.C.si cer.pe. Et de hac vltima nō posset opponi: addas tu & facit.l.certi condictio.§.fi.& l.singularia. cum ibi no.ff.si cert.peta.& d.l. lucius.la.ij.ff.de postu. vbi elegātissime Barto.in fi.dicit ad nostrum propositū quod exceptio simulationis. tunc obstat, quando in veritate nihil agebat vt in casu.d.l.nuda.& dicte.l.imaginaria. vel agebatur aliquid inualidum siue turpe.l.j.C.de cōdi.ob cau. Secus autem si in veritate aliquid agebat, licet cederet in speciē alicuius obligationis.

36 vt.d.l.lucius.& d.l.si ex ptio. cum simi. qd no. ¶ † Et ex his manifeste apparet etiam ex dictis Bald.q illud qd dicit Bald.in.d.l.iij.in fi.q proprie simulatio est, vbi fraus est. non est verū: q: q̄uis fraus, nō cōmittatur, nihilominus posset opponi exceptio simulationis etiaz in statutis que requirunt verba proprie.l.iij.§.hec verba.ff.de neg.gest.

37 ¶ † Queritur quomodo probetur simulatio, an eoipso q alienās remanet in possessione rei vendite, presumatur ex hoc cōtractus simulatus? & breuiter dicendū est q quo ad creditores fiscum, vel aliū tertiū, ista est sufficiēs cōiectura q presumatur cōtractus simulatus. l.sicut. §.superuacuum.ff.qui.mod.pig.vel hypothe.sol. Non autem quo ad ipsos contrahentes. quia si venditor contra emptorē vellet dicere propter hoc presumi contractū simulatum, non audiretur quoniam cum habeat actionē personalē cōtra venditorem, que durat per.xxx.ann. ad petendum sibi tradi rem emptam: tunc dimittendo apud dictum venditorē: propter hoc non pōt dicere vēditor q cōtractus sit simulatus. ita dixit Bar.in.d.§.supuacuū.& etiā voluit in dicto suo cōsilio Petrus nicole.& in.d.l.post cōtractū.& Bal.& Sal.in.d.l.emptiōe. qd

38 no. ¶ † Querit an p testes possit fieri pbatio, q istrumētū siue Sct⁹ est simulatus? istam qōnē ponit gl.& doc.in.l.gñaliter.C.de nō nume. pecu.& gl.in.l.illicitas.§.veritas.& ibi Jac.but.ff.de offi.psi.& Bald.et Sal.in.l.j.C.plus va.qd agi. Et pmo videt, q nō possit pbari p testes dicta simulatio, cōtra dictū instrumētū. vt est gl.not.in.d.l.generaliter.in gl.j. In cōtrariū videt p.l.in exercendis. cum ibi no.p doc.& gl. C.de fide instru. Tu vero allega in cōtrarium fm Sali.in.d.l.generaliter.glo.ordi.in.d.l.illicitas.§.veritas. Et istam vltimam glos. sequitur Jaco.but.& Cy.in.d.l.generaliter. Tamen latius Bal.in.d.l.interdum. sic dicit, interdū testes inducuntur ad remotionē cause in instrumento. & talis probatio per testes nō admittitur. ita intelligatur d.l.generaliter. Interdum producunt ad remotionē consensus: & ista est ppria materia simulationis. & tunc dicit quod testes recipiuntur, ad pbandum instrumentum simulatum. vt.C.si qs alte.vel sibi.l.multum.& ibi vide Bald. qui aliter dicit, in materia simulationis.& C.de dona.inter vi.& vxo.l.si filij tui. interdum vero testes, non producuntur contra instrumentū: sed supra instrumentū ad eius declarationem: & talis probatio admittitur per testes.ff.de test.l.heredes palam.§.sed si notam. facit quod not.in.l.eos.§.cum in tabulis.ff.de duob.reis.et quod habetur in.l.ij.per glos.& doc.C.de bono.possess. Interdū testes pducuntur, ad instrumenti suppletionem. & idem vt extra de fide instru.c.cum Joannes.& ff.de leg.ij.l.cum proponeretur.& ibi per glo.& late per

late per Bal. Interdū vero producuntur testes, ad transferendū ali-
quam dispositionē in alium. ⁊ idem vult. l. vxor marito. ff. de don. in-
ter virum ⁊ vxorem. Interdū producuntur testes, ad remouendū in-
strumenti tacitam presumptionē. ⁊ idem. ff. de pact. l. iuregētiū. §. qđ
fere. ⁊ ibi gl. ⁊ doc. Interdū producunt̄ testes, ad ꝓbādū instrumenti
falsitatem. ⁊ idem. l. optimā. cū ibi no. C. de ꝯhen. ⁊ cōmit. stipu. ꝗ oīa
no. vt scias qbꝰ casibꝰ testes admittant̄, cōtra instrumētū. ¶ Addas
tu qđ habet̄ ꝑ gl. ⁊ Bald. in repeti. c. j. in. d. l. in exercēdis. C. de fide in-
stru. ⁊ qđ no. Bar. Ang. ⁊ Jo. de imo. in. l. j. §. si qs neget. ff. quēadmo-
dū testa. aperi. vel dic proprīꝰ ad casum nostrū, ꝫm Sali. in. d. l. gñali-
ter. qđ aut ꝯtus est celebratꝰ in scriptis. qđ qñ fit, habet̄ in tex. per gl.
in. l. cōtractꝰ. C. de fide instru. š. de ēptio. ⁊ ven. §. j. ⁊ ibi scripsi. ⁊ tūc nō
potest ꝓbari simulatio instrumēti, ꝑ testes. ⁊ ita proprie intelligat̄ gl.
